AUGUSTINI

DATUS

LIBELLUS

IN

ELO-

QUENTIÆ

PRÆCEPTA

S. D.

OE xvᵉ 328 (2)

Duveau 283

Œ XV 328-2 (Jaunou 283)

RE. 328. 2.

¶ AVGVSTINI DATI Senensis Hagogicus libellus in eloquẽtie precepta / ad Andreã domini christoferi filium feliciter incipit;

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

Redimus iamdudum a plerisq; viris etiam disertissimis persuasi / tum demum artem quẽpiam in dicẽdo nonnullam adipisci / si veterũ sectatu vestigia / optia sibi quisq; sẽper ad imitãdum proposuerit. Neq; enĩ qui diutius ĩ. M. Ciceronis lectione versatus sit. nõ in dicẽdo / et ornatus / et copiosus esse poterit. Nã et horridiora crebrius cõsectati / ipsi quoq; aridi ieiuni et inculti fiant necesse est. ¶ Lectitãti igitur michi Ciceronis volumina (quẽ eloquentie parentem appellauerĩ) pauca ãnotatiõe digna visa sũt. / quibus si vtemur vulgariũ sermonẽ aspernati / ad eloquẽtiam proximius accedemus;

¶ Primum preceptum / varietati / cõmutationiq; vt studeamus;

¶ Sed cũ id ĩ primis quisq; admouẽdus sit / quod rhetor ille diligẽtissimus / et insignis admodũ orator / fabius Quĩtilianus de orõnis partibus dicere cõsueuit. Neq; enĩ leges sũt oratorũ / quadã velut ĩmutabili necessitate cõstitute; nec rogationibus

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

(vt idem dicebat) plebis ve ſcitis! ſancta ſūt iſta pre
cepta. ſed vti in ſtatuis/picturis poematibus cete=
riſq; ita quoq; in exornāda viri eloquētis oratione
plurimum ſēper roboris/ac venuſtatis habuit va=
rietas. Atq; (quod dici ſolet) tenendū/cauendūq;
illud eſt ante omnia! ne ars vlla dicēdi (ſi fieri po=
teſt) eſſe videatur. Hec igitur lex prima ſit cōmu=
tationis/varietatiſq; quā eruditorū aures nō diffi
cile iudicēt. ¶ Hoc igitur iacto fūdamēto! per=
pauca deīceps ſcriban (Andrea amice ſuauiſſime)
que et ſi non ſemper! vt plurimum tamen his ra=
tionibus tibi ſeruanda erunt! ſed iam noſtri inſti=
tuti ita naſcetur exordium.

¶ Secundum preceptum de ſitu ſuppoſiti/ verbi
et appoſiti ī oratione;

¶ Plerūq; enim qui oratorie artis floribus ac
faleratis (vt aiūt) verbis ſtudent! cōtra tritā
vulgatāq; grāmaticorum conſuetudinem damnā=
tes! quod in calce abſolute orationis locari cōſue=
uit! id illi potius coaptant inicio! quod omne tibi
exemplo erit manifeſtius. Scis plenā orationem
conſtare tribus partibus. quod ſuppoſitum (vt e=
orum ipſorum vocabulis vtar) quod verbū/quod
appoſitum vocant. Dicūt igitur grāmatici Scipio
africanus deleuit Karthaginem. oratioris vero

eloquii homines cōuerso potius vtuntur ordine. karthaginē scipio africanus deleuit. illi/ M. T. Cicero vtitur familiariter. p. lentulo. nos vero/ p. lē tulo. M. T. Cicero familiarit' vtitur. Quibꝫ plane exēplis patere arbitror appositum primū i oratione/ suppositū mediū/ nouissimū vero locū verbū tenere. ¶ Sed et si quid (pro grāmaticorū more) post appositū situm erit/ id iitio orationis poni solet. Cuius rei exēpla subnectam Scipio emilianus euertit numanciā vrbem opulētissimā hyspanie. hyspanie opulētissimā vrbem numāciā scipio emilianus euertit. Nō ignoras multa esse genera epistolarū. Epistolarū genera multa esse nō ignoras. Ligurgus condidit sanctissimas leges lacedemonis. Lacedemonis sanctissimas leges ligurgus condidit. multaqꝫ cōsimili ratione. Appositū igitur plerunqꝫ principio apponitur/ suppositum medio/ fine verbum. vt ariopagū solon salaminus primū cōstituit. vbi grāmatici dicūt/ solō primus cōstituit ariopagum. ¶ Ceterum diuersis ordinibus/ et locis collocāde sūt partes pro aurium iudicio/ quod quidem solo vsu cōparatur.

¶ Tertium preceptum de aduerbiorū situ.

Iam vero de aduerbiis (que sunt veluti adiectiua verborum) dici potest passim/ vbi uis loci ponēda

esse: vbi demū aptius congruere visa fuerint. mo=
do in principio: modo in fine: modo interiecta in=
ter vtrūq. qua in re diligēti vtendum est consilio.
Sed prope verbum frequētius per venustam red=
dunt orationē. vt fabius maximus ante alios for=
titer atq animose pugnauit. C. Ielius scipiōe fami
liarissime vtebatur. Clementissimus celar humili=
ter ignoscebat. Nunc vero ad reliqua.

¶ Quartū preceptum de prepositionū: et
integrarum plerumq orationū iteriectiōe:
inter substātiuum et adiectiuum;

PREPOsitiones perpulchre inter substātiua at
q adiectiua nomina interiiciūtur. vt feraci in agro
ornatissimo in loco. maximas ad res. hanc ob cau=
sam. iustis de causis. aliaq huiusmodi complura.
Nec prepositiones solum: sed alia preterea eius=
modi nunc sumemus exempla. Maxima ī rep. di=
ligentia. magna in parentes pietas. incredibilis in
omnes ciues obseruantia. summa in hostes libera
litas;

¶ Quintū preceptum de interiectione geni=
tiuorū iter duos nominatiuos: et ecōtra.

Atq etiam pulcherrimū: iter duos casus: puta no
minatiuos duos: aliquid cōtinue ponitur. Vt om
nia reip. iura cōstātes militum animi. magna sce=

leratorum hominum flagitia. Ecōuerſo etiā cōſti
tuta ac trāſpoſita oratio plurimū exornat. Vt hu
ius claritudo viri. huius quirites auctoritate loci;

¶ Sextū preceptū de adiectiuorū ſitu;

Venuſte etiam plerūq; precedit adiectiuum nomē
ſubſtātiuum. Vt tua dignitas. optima virtus. diui
nū īgenium. exquiſita doctrina. Magni enī refert!
quo loco queq; dictio ſita ſit. quod teſtatur Boeti=
us in iis cōmentariis ! quos in ariſtotelis librum
cōſcriplit. vbi et Ciceronis et virgilii ponit exēpla
Boetii autem ipſius hec verba ſūt . Etenim q̄tum
ad cōpolitionem orationis ſpectat! maximum dif=
fert! quo verba et nomina predicationis ſue ordi=
ne proferantur. Multum enim ītereſt in eo quod
ait Cicero. ad hanc te āmētiam natura peperit! vo=
lūtas exercuit! fortuna ſeruauit ! ita dixiſſe vt di=
ctum eſt! an ita ad hanc te amentiam peperit natu
ra! exercuit voluntas! ſeruauit fortuna. Sic enim
minor eſt ſētentie magnitudo. minuſq; in ea lucet
id quod ſi ſic cōponatur eminet ! et ſeſe vel nolen=
tibus hominum auribus! aīſq; patefacit . Rurſus
quom dicit Virgilius paciq; īponere morem! po=
tuiſſet ſeruaſſe metrum ſi ita dixiſſet ! morēq; im=
ponere paci! ſed eſt debilior ſonus. nec eo ictu ver
ſus tā preclare vt nūc compoſitus diceretur. quod

idem non eſt apud dyaleticos . hec Boetius . Nūc ad reliqua;

¶ Septimū preceptū de ſitu negatiue dictionis; Negatiua dictio apte ī calce orationis ponitur. Vt preſtantiorem te vidi neminem. Scipione clarioꝛ rē in bellicis laudibus īuenies neminem. Tua erga me beniuolentia! tuo in me aīmo gratius ē nichil. qui te ardentius amet! habes neminē!

¶ Octauū preceptū de poſſeſſoris ante poſſeſſionem ſitu;

SED et poſſeſſor āte poſſeſſionē. Vt optī viri diuitie. preſtantis viri virtus. prudētiſſimi hominis conſilium;

¶ Nonū preceptū de vſu gerundiuorum nominū pro gerundiis;

QVID vero pulchrius! q̄ ſi pro gerundiis que appellant vtamur gerūdiuis nominibus. Ac tritū ē priſciani exemplū. Veni cā amādi virtutem! veni amāde virtutis cauſa. grā gerēdi bella! gerendorum bellorum gratia. ad amplexādā virtutē magis! q̄ ad amplexādum virtutē. Que vna preceptio optima eſt. crebraq; eius apud. M. T. alioq; eloquētes viros fuit obſeruatio;

¶ Decimū preceptū de congruentia nominis relatiui plerūq; cum conſequēte;

Nunc autem multa conficiam. que si diligēter aduerteris: haud parū ornatus latino cōducent eloquio. Sed id michi imprimis aniaduertendū videtur: vt quom tria fuerint: antecedēs / cōsequēs / et eorum mediū relatiuū nomē: si sit id consequens / vel hominis / vel rei cuiuspiam propriū nomē: relatiuū cōsequēti semper cōgruat. Alioquin nō latina oratio fit: sed a doctissimorum hominū consuetudine longe aliena. Alias potest cum alterutro conuenire si non con|equatur proprium nomen.

Quā rem facile exempla declarāt: et priscorū auctoritates cōplures. M. Cicero primo tusculanarū questionum. Studio sapiētie que phīa dicitur. Et sexto de rep. concilia / cetusq; hominū iure sociati / que ciuitates appellantur. Atq; iterū: ex illis sempiternis ignibus / que vos sydera et stellas nūcupatis. Salustii quoq; illud tritum est. Est locus in carcere quod tullianū appellatur: īnumerabilia īuetustis codicibus id genus īuenias. Nec id ē grāmatice artis vitium: quod quidam ignari litterarū arbitrantur. Sed et nos aliquid exemplorum affe ramus preclarum est ciceronis opus: qui cato maior dicitur. nam quod Cato maior dicitur / non latine profertur. Consimiliter vrbis visceribus consulendū est: qui sūt ciues. perditi viri ex vrbibus

pellendi ſunt! que eſt ciuitatum pernities! ſentina dedecoris. Plerunq; igitur relatiuum nomen cum eo concors eſt quod ſequitur;

¶ Vndecimū preceptum de cōgruentia in caſu ex tribꝫ / eorū duorū que proximus iūgūtur;

Illud quoq; ſpectādum eſt. Nam cum tria exiſtant quorum vnum relatiuum ſit nomē! frequētiſſime eorum duo in eiuſdem caſus exitu conueniūt / nā (vt exempli cauſa diçam aliquid) Si quis hunc ſermonem protulerit / liber in quo de virtute agitur preclarus eſt! rectius atq; ornatius dicitur / in quo libro de virtute agitur! preclarus eſt. Concordant nanq; eodem caſu ex tribus duo illa que maiori vicinitate iuncta ſunt! aliud iterum exemplum huiuſcemodi fit. Quas miſiſti litteras ad me iocūde fuerunt. Sermonē quē audiſtis nō eſt meus. Quā exiſtimas demoſtheīs orationem / clchinis eſt. atq; huius ſermonis crebrū inuenire poteris apud veteres vſum. M. T. officiorū primo! quorum autem officiorum precepta tradūtur / ea quanq; pertineant ad finem bonorū. Virgilius Maro in ene ide! vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Terentius in ādria! poſthac quas faciet de integro cōmedias ſpectande an exigende ſunt vobis prius. Idem. populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Idem. quas

credis esse has: nō sunt vere nuptie. Atq; eiusmo di sermo plurimum exornat;

¶ Duodecimū preceptum de auxesi positi= uorum cum per;

ID quoq; dignissimū est annotatu. vt quom positiua exaugere velimus nomina: vt iis per prepositum accedat. Cicero in epistola ad curionem: cui z carus eque sis: et periocundus. Idem de oratore primo. perbeati quīte frater illivideri solēt. Terē. in eunucho. perpulchra credo dona haud nostris similia. nam pergratum valde gratum significat: et in oratione lepide personat;

¶ Tredecimū preceptum de superlatiuis cum multo/longe/et q̄;

AT superlatiuis/multo/lōge/et q̄ aduerbia preponimus idq; sepenumero perpulchrū videri solet. Vt longe amātissimus vestri. multo omnium fortūatissimus. Et ago tibi q̄ maxias gratias;

¶ Decimumquartum preceptum de comparatiuis cum multo/aut longe.

COMPAratiuis vero vel multo vel longe preponi solet. Vt iusticia multo preclarior est ceteris virtutibus. Et socrates lōge aliis phīs sapientior;

¶ Decimūquītū preceptū de quibusdā noībus que a grecis profecta/declinationē mutant.

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

¶ILLVD nequaq̃ omiserimus/q̃ quom nomina quepiam sunt profecta a grecis tertie flexionis et obliquos casus habentia qui rectum superant/latini oratores frequentissime calibus accusatiuis illorum quibusdam immutatis fingunt aliarum declinationum nomina et genus seruant. qualia sũt poematum/enthimematum/delphinis/elephantus/et lampada. Que a plerisq̃ tertia flectione proferũtur poema/enthimema/delphin/ elephas lãpas. hanc tu obseruationem diligenter mãda memorie;

¶Decimũ sextũ preceptũ vt eleganter ostẽdemus quippiam nobis esse/iocũdũ/vtile/vel honestũ/et cetera id genus;

¶Quõ aũt volumus ostẽdere nobis aliquid iocũdũ/honestum/vtile esse/ datiuis cũ verbo vtimur sum/es/est substãtiuorũ/ quorũ illa adiectiua sũt Nã(ne ab exẽplis discedã) quid aliud significat hec res michi iocunditati est/q̃ hec res est michi iocũda/ Idemq̃ / ipse michi tue littere fuerũt gaudio/ quod est ad gaudium vel gaudiũ michi attulerũt. Preclara vrbis edificia ciuibus decori sunt. Vitia dedecori sũt viris/idest dedecus pariũt viris. deq̃ ceteris cõsimili ratione;

¶Decimũseptim preceptũ de afficio et afficior.

Verbum afficio / et pulchrū eſt / et late patet. nam afficio te voluptate ideſt tibi voluptatē affero. Af ficio te honore ideſt facio tibi honorem et te hono ro. afficio te laudibus ideſt te laudo. afficio te pro bro ideſt vitupero te. afficio te comodis ideſt tibi comoda facio. afficio cadauera ſepultura ideſt cada uera ſepelio. Afficio inimicos iniuria ideſt facio ī iuriam inimicis. Atq; ſimiliter afficior dolore idē doleo. afficior gaudio ideſt gaudeo. afficior verecūdia ideſt verecundor. Latiſſimaq; eſt huius verbi vlurpatio. Nec tum lateat te / afficere diſponere ſignificare. Hinc eſt plauti illud! viua vox magis afficit. Neq; enim ſine optimis cauſis tā lata / tāq; diffuſa fit eius verbi ſignificatio. ſed de hoc ſatis;

¶ Preceptum de tum vel et geminatis. ¶ xviii.

Non eſt autē ignorandū q; ſi duo / aut plura duobus (quod perraro vſu veīt) pariter ſe habuerint! vtriq; tum dictionem preponemus. Quod liqueat exemplo. Par eſt in. C. Ielio doctrina / ac virtus. q̄taq; eſt eius viri probitas! tāta quoq; eſt eius ſcientia. tunc ſplendide / ac recte dixerim. C. Ielius vir tum doctus eſt / tum probus. Itidemq; magna inelt. M. C. Ielio tum virtus / tum etiam doctrina C. Ielius plurimū tū laude / tū rerū ſciētia valet.

Aliud iterum exemplum. themistocles tum consilio pollet in vrbanis rebus/tū ī bellicis negociis viribus atq; animi magnitudine floret. Sic enī tātum ostēdit in rebus vrbanis esse cōsilium q̄tā in bellicis magnitudinem animi q̄ tum geminatum positū est. Sed eandem quoq; vim habet geminata et cōiūctiua Virgilius ī eneide. Multum ille et terris iactatus et alto. idē profecto signat/eneas/tum pelagi /tum terrarum labores perpessus est. Africanus fuit singularis et vir et imperator/ idem sibi vult. africanus magnus extitit tum vir tum imperator/

¶ Preceptū de cū et tū. ¶ xix.

Q; si duo contra nequaq̄ paria sūt/ sed alterū minus complectitur/alterū vero magis/ita efficiendum est/vt quod leuius existit locemus prius/atq; ei cum dictionē preponamus. quod autē grauius validiusq;/id posterius positum/ tū dictio precedat. Quod patefaciemus exemplis. C. Ielius amat scipionem propterea q̄ eū doctum cognouit hominem/et semper virum optimum/ quod postremū vehemēter ad amorem impellit. quare ita oratio est instituenda. C. Ielius amat scipionem tū ob doctrinā eius tū propter virtutē. Ita virtus in hac beniuolētia plus momēti habet. Atq; idem ita si dixerim. Cū oēs fortunati sunt qui bene viuūt/

tum perbeati qui omnia deserũt / et virtutẽ solam cõplectuntur. hos nãq posteriores multo beatiores esse constat. Si quis superius mõ allatam preceptionem intellexerit. hec. M. Cicero imprimis frequẽter vsurpat. Ex quo illud: cum omnibus cõsulendum est / tum illis qui armis positis ad imperatoris fidem confugiunt. Significat enim fugiẽtibus ad imperatores / et sese dedẽtibus multo magis consulendum esse. Atq in catone maiore mirari sese aiebat sceuola. M. catonis cum ceterarũ rerum perfectam sapientiam / tum q nũq fuerit illi senectus grauis. sed de hac re satis;

¶ Vt quãpiã laudari aut vituperari oporteat. xx

Iam vero explicandum est qua ratione quãpiam personam / aut laudari / aut vituperari oporteat: quod ad decorem sermonis pertineat. Nam id trifariam posse fieri cõperimus ex monumẽtis litterarum. si enim velim ostendere. M. catonem habere magnam virtutem: cum verbo sum / es / est: ita cõmodissime fiet. Marcus cato vir est magna virtute. M. cato vir est magne virtutis. M. cato vir est magnus virtute. populo philosophus fuit prestãs ingenio: vel prestãtis ingenii: vel prestanti ingenio. mulier ẽ clara moribz: clarorũ morũ: claris moribz. vir egregio laude egregie laudis egregia laude

Sed illud prius magis poetarū est. postremū ve=
ro splendidissimum/et perpolitum. Aristoteles est
scientie copia philosoplus! exquisita doctrina! vir a
cerimo ingenio. Quod quidē (vt disertissimus pri
scianus inquit) significat aristotelē habentem sci=
entie copiam! ac qui habeat exquisitam doctrinam
cetera q̄ consimili ratione. Quod quidem Aulus
gelius consentire videtur in noc. ac. Est enim ve=
lut defectio quedam! sed ea trita/vsurpataq̄ ab elo
quentissimis viris/ac clarissimis oratoribus. qua
et vobis quoq̄ vtendum sit;

¶ De accusatiuis et ablatiuis participiorū lo=
cum tenentibus infinitiui verbi. ¶ xxi.

ATQVI participiorū cum accusatiui casus seu
pe tum ablatiui locum tenēt infinitiui verbi. hinc
salustianum illud. nam et priusq̄ incipias cōsulto!
et vbi consulueris mature facto opus est. Et terem
tianū Misis glicerium alloquēs amicam pamphili
Iam iam inquit inuentum tibi curabo/ et adduc=
tum tuum pamphilum. Omnia nāq̄ illa/ cōsulto/
facto inuentū/adductū! cōsulere/facere/inuenire/
adducere designāt. verū frequēter his rationibus
abltiuorū casibus vtūtur! accusatiorum perraro;

¶ De hoc nomīe opus cū variis casibus. ¶ xxii.

Est quoniam de nomine quod est opus attulimus.

mẽtionẽ: itelligendum eſt / opus eſt michi hac re / ſignificare me egere hac re. ſed id variis calibus iũ gi ſolet Nam etiam opus eſt michi tua opera / nominãdi caſu: et tue opere / et tuam operam / et tua opera. ſed hoc poſtremũ ornatius eſt: z totum oratorium. Ceteris rationibus poete potius / hyſtoriographiq; vtuntur. Nos autem quedã precipimus vt cognoſcamus a veteribus vſurpata eiſdẽq; vtamur. quedam vero: vt cognoſcamus ſolum. Nam opus eſt michi hanc rem / nunq; orator dicit: ſed hac re:

De cõmutatione adiectiui et ſubſtantiui in voce genere et caſu. xxiiii.

Quid illud? nõne pulcherrimũ eſt: vt quom duo nomina alterum adiectiuum / alterũ ſubſtãtiuũ eodem caſus exitu proferri debent) vt ſepe creberrimeq; (quod ãmõ tertiã adiectiui nominis vocẽ que eſt neutra ĩ vim ſubſtãtiui trãſferamus: et ſubſtantiuũ illud prius caſu collocemus geĩtiuo. quod vt frequẽs ẽ eruditis atq; diſertis viris: ita quoq; erit exemplo manifeſtius. Nam quom multam virtutem dicturus ſum: ſi multum virtutis loco eius o rationis poſuero / multo protulerim venuſtius. Multũ pecunie eni ſignificat multã pecuniã. plurium virium: plurimas vires. quid animi eſt:

quis aīmus. quid rei? que res. quid cause? que cau
sa. Alia quoq; ita permulta. Sed aīaduertendum
est? q; si genitiuus ille casus singularis fuerit? totā
item orationem singulariter exponere debemus.
Si pluralis? pluraliter. Nāq; (exempli causa) mul
tū pecunie idest multa pecunia / singulari numero
at contra multum pecuniarum significat multas
pecunias. Similis q; est et aliorum ratio. vt mul=
tum roboris / singularem? plurimum virium / plu
ralē quoq; habet significationē. Et aduerbia quoq;
non nulla eandem vim retinent. presertim vero
duo hec / parum et satis. Nam parū sapientie idest
parua sapiētia. satis virium idest sufficiētes vires.
Et nihil quoq; siue nomen / siue aduerbium sit / in
eandem sepe obseruantiam cadit. Hec igitur hac=
tenus?

¶ Vt geminandum est epitheton sequentibus.
substantiuis aut econtra. ¶ xxiiii.

Quoniā autē sigula hic fere iuestigamus? id quo=
q; dignum cognitione est? vt cum duo memineri=
mus nomina substantiua / quorum vtriq; idem e=
pitheton adiciendum est? vt adiectiuum ipsum prī
cipio collocemus? et sequentibus substantiuis / vel
tum geminatum / vel duplicatum? et preponamus
Exempli vero causa efferantur. Ciceronis verba.

Africanus ſigularis et vir et imperator! quod eſt africanus ſigularis vir z ſigularis īperator. ppter magnā et doctoris auctoritatem/et vrbis/ eſt propter magnam auctoritatē doctoris et propter magnā auctoritatem vrbis. preclarus/et miles/et ciuis illuſtris/tū vir/tū phūs optimus/tum patrie defēſor/tum gubernator/iuſtus/et rex/ et iudex. Conſimiliaq; eodemmodo ſe habent. Sed et ſepenumero contra eodem ordine vni ſubſtātiuo poſito duo adiectiua/aut plura deſeruiunt. Exempla ſunt que nunc conſtituam. Vir tum bonus tū temperatus. imperator et callidus et fortis. iudex et īteger et ſollers. ornamēta ciuitatis tum multa tum preclara. alia tu ipſe coniecta. Non nunq̄ et duo ſubſtātiua ita ſe habent vt alterum vim ſuam vbiq; ſeruet ac tueatur! alterum quaſi quēdam obtineat adiectiui nominis locū! et eius fūgatur officio. Quale eſt illud Virgilianū primo eney. molemq; et montes inſuper altos impoſuit. ac ſi dicat molem montuoſam impoſuit. Cauendum eſt ne ab honeſtate naturaq; diſcedamus! ac ſi dixerit/ cauendum ne a naturali honeſtate diſcedamus. Sed tibi hec ſatis ſint;

De extremis ſupinis/pro gerūdiis accuſatiui caſus. xxv.

Sed ne quasi historiam texens dicēdorum seriem nectam: ita quecq patefecerim. vt sese michi sorte quadam obtulerint. Ceterum nō ignorandum esse videtur (vt ipse arbitror) extrema supina plerunq ornate/ac peruenuste significare gerundia accusatiui casus ad dictione prepolita. Vt res difficilis creditu idest ad credendum. miserabilis visu idest ad videndum. iocunda auditu idest ad audiendum suauis gustu idest ad gustandum. permulta simili/ ac pari ratione se habent;

¶ De exasperatione orationis permutationem superlatiui cum adiectione aduerbii superlatiui ad modum/vel in primis. ¶ .xxvi.

¶ Nec id te amice lateat: vt quom fuerit superlatiuum quodpiam durius/asperiusq et superlatiue significandum sit: vt pro superlatiuo positiuum afferamus: et ei aptum aduerbium superlatiuum apponamus. Nam maxime memorabile facinus: est memorabilissimū facinus. Maxime rarum genus hoīm: est rarissimū genus hominum. Sed ad modum/et in primis / positiuis adiūcta vi ferme eādem retinēt. Vt admodū memorabile facinus: vel in primis rarum genus hominum:

¶ xxvii. vt quēpiam mediocriter aut vehementer laudabimus;

Id autē nequaq̄ silētio preterierim. Vt si quē qui virtutem habeat velim mediocriter laudare ! dicā (exempli causa) pericles virtute prestās princeps erat athenis ! vel multa preclara gesserat. Themistocles rebus gestis floruit. Sin velim vehementer ac plurimū laudare adiiciam gloriā siue laudem ! z causam laudatioīs casu genitiuo cōstitutā Pericles (vt idem exemplū agā) virtutis gloria prestans athenis claruit ! themistocles gestarum rerum laude emicuit. Sicq̄. M. antonius prestabat eloquentia mediocriter laudatur ac fere exiliter. L. Crassus eloquētie gloria excelluit vehemētissime laudatur Sed tu pro tui ingenii bonitate deducito ;

xxviii. Quotiens singularis et pluralis numerus connectūtur ! viciniori respōdēdū ! idēq̄ fit in diuersis generibus ;

Quotiēs (quod ipse quoq̄ testatur grāmaticus ser uius) singularis et pluralis numerus connectūtur ; respondemus viciniori. Virgi. primo enei ! hic illius arma hic currus fuit. nō autē fuerūt. Teren. in andria ! amātiū ire amoris reintegratio ē. xenophōtis delitie mee sūt. hostes eorūq̄ exercitus properabit. atq̄ ita frequētius obseruat². idē fit ī diuersis generibz. nā siue masculinū / siue feminū ē. vicino respōdemus. vt vir atq̄ mlier optīa ad me venit

Intelligitur nāq optimū esse virū et optimā mu-
lierē que venerit. Verum si plurali numero ve-i-
mus vti ad masculinū trāsire nece se est. vt vir et
mulier leti properant. Mexāder et olīpias clari ex
stiterunt;

xxix. operepretium est.

Operepretiū est (quod peruenustum est) significat
mō vtile esse! modo necessariū! mō iocūdū! modo
laudabile. Mtq his significationibz id nominis ve
teres vsurpant;

xxx. frui.

Frui quapiam re! est fructū / siue vtilitatē vel vo-
luptatem percipere ex ea. vt cum dixerit quis ocio
fruor;

xxxi. pre se ferre.

Pre se ferre aliquid est verbis aut īdiciis quibusdā
id ostendere / et quodāmodo confiteri! vt. M. cato
pre se fert grāmaticā. Ielius pre se fert liberalitatē
hic vult ostendere q ipse sit liberalis;

xxxii. Rationē habere.

Rationem habere est respectū habere. sed (vt pla-
nius exponā) habere rationem alicuius rei est rem
considerare. vt habeo rationē temporum loci per
sonarū est ea ratione oīa cōplecti / et considerare;

xxxiii. Complector animo.

Hanc rem animo menteq complector ! ideſt hanc rem conſidero et voluo;

¶ xxxiiii. In animo eſt.

In animo eſt / ſignificat in animo habeo. z aīmus michi eſt ! ideſt volo;

¶ xxxv. Certum michi eſt.

Certum eſt michi ! ideſt deliberatum et decretum ! vel deliberaui et decreui.

¶ xxxvi. Proſequor.

Proſequor te honore ideſt te hōnoro. Proſequor te laude ideſt te laudo. proſequor te probro ideſt vitupero te. proſequor te amore ideſt amo te;

¶ xxxvii. Benemereri;

Benemeritus ſum de rep. ideſt beneficium ī illam contuli. benemereri de amicis / eſt conferre in amicos beneficia.

¶ xxxviii. eque.

Eque pro ita ! ac pro vel ! atq; pro vt vel quaſi ornatiſſime ponūtur. exemplum eſt eque te laudo ac ciceronem;

¶ xxxix. Haud ſecus.

Haud pro non ! ſecus pro aliter venuſte in eadem oratione continue ſe habēt vt haud ſecus ſētio atq; tu ideſt ſentio ita ſicut tu;

¶ xl. De cōparatiuo loco poſitiui.

Nōnūq̃ et pulchre cōparatiui pro positiuis ponū
tur. Vt alexander macedo corpus habebat imbe=
cillius! quod imbecillū significat. Satiri in scelera
vehemētius inuehuntur! quod est vehemēter.

¶ xli. Dare rem vitio/vel laudi.

Do tibi hanc rem vitio idest vitupero te de hac re.
do laudi idest laudo. do crimini idest criminor;

¶ xlii. De subiūctiuo loco indicatiui! et
illius pro huius temporibus;

Sed nec illud quidem negligendū est! subiūctiuus
modus pro indicatiuo! z illius tempora pro huius
temporibus interdū haud illepide ponūtur. vt ve
lim sepe pro volo. et gererem pro gerebam dilexe
rim pro dilexi. feciſſem pro feceram. fuerit gratū
pro gratum erit. feceris pro facies. Id oīm multo
ornatiſſimū! si oportunis locis agatur. quod vbi
factitandum sit! peritorum aures facile cēſebunt.
Quāobrem exercitatio adhibēda ē non mediocris
que omniū magiſtrorū precepta ſuperat. Quod ſi
quis nouerit grecas litteras! ei quod modo expli=
cauimus non difficile perſuadetur;

¶ xliii. Partim hominū et eius
aduerbii geminatione;

Partim hominū venerunt perſepe dicitur. Et. A.
gelio teſte est idem quod pars hominū idest quidā

homines. nam partim in hoc loco aduerbium est neq; inclinatur casus fine. Et cum partim hominū dici potest idest cum quibusdā hominibus et quasi cum quadam parte hominū. Sed hoc tamē est splē didius: cum in oratione iterum fuerit additum vt est illud. M. T. in epistolis. nam qui istinc veniūt partim te superbum esse dicunt / quod nichil respō deas: partim cōtumelioſū / q male respondeas. Et qui ciuitatibus persunt partim nobiles sunt / par= tim populares. quod est aliqui nobiles sunt aliqui populares;

¶ xliiii. Decimus quisq;

¶ Id est optimum cognitu: q decimusquisq est vnus ex numero denario. sicut millesimusquisq est vnus ex numero millenario. hinc est illud cesa ris in commentariis cognoscit nō decimūquēq eē reliquū militem sine vulnere. quo exēplo vti per= pulchrū est vt vix decimusquisq remānsit sine vul= nere in tali conflictu;

¶ xlv. Quotusquisq;

Quotusquisq homo est idest quot homines.
Quotusquisq miles idest quot milites;

¶ xlvi. Perq̄ cū politiuo.

Perq̄ vna dictio dumtaxat pulcherrime politiuis adiūgitur nominibz vt perq̄ doctus philosophus

per q̄ bonus amicus;

¶ xlvii. Alias geminatū locū tenet modo aduerbii.

Quid illud? nunquid lepidissime vsurpamus! vt i oratione eadem iterum alias vsurpatum / locū optineat modo aduerbii. Quale esset si quis dicat oēs homines eodem ferme nati sūt ingenio. alias quidem ridēt! alias vero lacrimātur. omēs item ciues alias boni alias mali. nūq̄ eisdē sūt moribus;

¶ xlviii. Inire castra.

M. Anthonius iuit i castra multifariam dicitur. M. Anthonius castra petiuit! in castra profectus est! se ad castra cōtulit! se in castra recepit! se ad castra perduxit.

¶ xlix. Viginti annos natus;

Hic habet viginti annos! quod veterū cōsuetudine dicitur cōtra pedagogam opinionem! aliisq̄ rationibus dicitur. hic vicesimū ānū attigit. agit / degit vicesimū ānū etatis. vigīti ānos natus est. Sz hoc postremū magis oratori cōuenit;

¶ l. Eloquētia laborare.

Cicero laborat eloquētia. Cicero in eloquētia tempus cōsumit. tempus in eloquētia cōterit. in eloquētia operam ponit. dat eloquentie operam. etatē in eloquētia cōsumit. In studiū incūbit eloquētie.

Et alia deduc prō tuo iudicio;

¶ li. Habeo / teneo hanc rem memoria.
Habeo hanc rem memoria non minus vsitate dici tur ! q̄ habeo siue teneo hanc rem memorie. teneo hāc rē memoria / huius rei memoriā habeo;

¶ lii. Voluptatis me capit obliuio.
Obliuiscor voluptatis vel cuiuscunq; alterius rei. voluptatis me capit obliuio. Et idem verbū cū ce= teris iunctū nominibus significat diuersa / cōsimi= li ordine ! vt capit me facietas ciuitatis ideſt capit me hoīm odiū vel tedium;

¶ liii. Contineo me ruri ! vel in vrbe;
Virgilius incolit ciuitatē hoc perpulchre dicitur. cum teneo / vel etiam cum cōtineo verbo. vt virgi. rure se continet. Virgi. tenet sese in vrbe;

¶ liiii. Preter et pre venuste ostentāt aliquam rem aliam antecellere.
Si quis velit ostētare aliquā rem aliā antecellere / et vltra illā valere ! venuste id dicitur / vel per ac= cusatīm prepolita preter / vel cū pre ablatiuo pre= polita. Vt cesar preter ceteros rebus bellicis polle bat, vel pre ceteris pollebat;

¶ lv. Lelius ē facili īgenio vel facili= mis moribus natus.
Lelius habz faciles mores / vel facilem naturam /

ornatius dicitur Ielius est leui ingenio natus ! vel facilimus natus moribus . Scipio natus est tristi ingenio. Et de reliquis cōsimiliter;

¶ lvi. Valeo / polleo cū ablatiuis.

Valeo et polleo verba et splendida sūt! et latissime patent! z ablatiuo iūguntur. hoc pacto! Aurelius augustinus plurimū ingenio valuit. hypocrates ī ingenii bonitate pollebat. Mitridates memoria cla ruit vel polluit. M. cato in ciuitate plurimū aucto ritate pollebat;

¶ lvii. Clareo! possum.

Clareo et possum verba eadē ferme ratione se ha= bent. Ego apud dominum cesarem multum siue possum siue clareo! ornate et splendide dicitur! a= pud dominum cesarem plurimum mea claret au= ctoritas. hortensius multum potest in senatu! or= natius! multum hortensii in senatu potelt auctori tas. que potissimū significat eam opinionem que est apud homines de alicuius viri prestantia . que vulgo et trita cōsuetudine reputatio nuncupatur.

¶ lviii. Sum datiuo iunctū habere significat! et quodāmō possidere;

Ceterum id perbellum est. Est michi apud te fides idest tu adhibes michi fidem. quod est accuratius aduertendum, nam plerumq; solet sum es ē verbū

datiuo iūctū/ſignificare habere/ et quodammodo poſſidere. Vt ē michi pecunia/eſt celari magna po teſtas ſiue pietas/illud deſignat me pecuniam ha= bere. hoc habere celarē magnā poteſtatē. Cuius cō ſtitutiōis crebra apud priſcos et diſertos viros ob= ſeruatio eſt.

¶ lix. Recordor hanc rem. hec res michi in mentem venit.

Ego recordor hāc rem potius q̄ huius rei dicitur. Vt idem dicitur huius rei me ſubit recordatio. hec res michi in mentem venit ideſt michi occurrit/ vel michi ſuccurrit/quod poſtremum minus vſi= tate dicitur/

¶ lx. Preſto antecello aliquādo cū accu= ſatiuo aliquando cum ablatiuo/

Preſto et antecello(que venuſte ſonant verba) ali= quādo datiuo aliquādo accuſatiuo perpulchre iun guntur cum acceſſione ablatiuorū eius rei cuius ē preſtātia. Vt ego preſto tibi ingenii acumine. Io. precellit petrū acumine ingenii. equus preſtat ali= no velocitate curſus/

¶ lxi. De frequētatiuis verbis loco primitiuorum/

Sepe numero frequētatiua verba que appellātur primitiuorū verborū a quibus traxerunt originē

significationē retinēt. preſertim ſi prima illa aſpe-
riora fuerīt. vt cōiecto pro coniitio. mālo pro ma-
neo. imperito pro impero. amplexor pro ample-
ctor. et alia item pene inumerabilia ſi quādo etiā
verbi aſperitas vlla cōtingat / quod eruditorum iu
dicio nunc derelinquimus;

¶ lxii. De et dis mutant.

De prepoſitio verbis adiecta perſepe cōtrariā mu-
tat ſignificationem vt precor et deprecor cōtraria
ſūt. hortor et dehortor. Nōnunq̄ idem dis efficit
vt ſuadeo diſſuadeo Quāuis in iiſdem verbis nō-
nūq̄ auget perpotius q̄ vim cōmutet;

¶ lxiii. Ex et de āplificāt.

Ex et de vehementer amplificāt. Vt exoro / quod
ab ex et oro deductū ſignificat īpetro. Terē. in an-
gnatā vt det oro / vixq̄ id exoro;

¶ lxiiii. Suadeo perſuadeo / facio perficio.

Sic et ſuadeo ſignificat oratoris officium quod ē
benedico, atq̄ perſuadeo benedixiſſe ſignificat quia
eſt oratoris finis. ideſt impetro atq̄ obtineo. vnde
et crebro non ſolum ſuadeo / ſed etiam perſuadeo;
Sed facio et perficio explorata ſunt;

¶ lxv. De aduerſatiua dictione.

Plurimū etiam ſermonem ac orationē exornat ad
uerſatiua dictio quāq̄ īdicatiuo iūcta. Quod vbiq̄

M. Cicero seruauit aliq̄ doctissimi. sed huius exemplum sit. Quāq̄ te ante hac diligebā! nūc tamē ob singularem virtutem vehemēter admiror. Nā tria sunt que quodam sibi ordine iuicem iūgūtur. quorū prius ac leuius ē diligere! postremum admiror! quod vehemēs! ac precipuū! et eorū mediū obseruo quod est veneror / et colo. ex quo obseruantiam et reuerentiam significat. Sed iterum aliud exemplū quanq̄ michi sint omniū amicorū iocunde littere! tue tamē iocūdissime fuerūt. Sed et pro tamen post q̄uis raro collocamus. Vt quanq̄ michi ante hac carus eras! sed et nūc profecto carissimus es;

lxvi. Nonsolum / sedetia. verumetiā / verumquoq̄.

Ad hec illa duo orationem peruenustā reddūt sibi inuicem correspondentia. quorū alterū est non solum / siue non modo / siue nontantū! alterū ē sed etiam / vel verūetiā / vel loco etiā posito quoq̄ / et aliquibus interiectis. quorū omniū exempla subnectā. hec michi res non solum grata est sed etiam iocūda. M. Antonius non modo ciceronis erat inimicus! verūetiam hostis patrie. M. Cato non solū ingenio pollebat! sed etiam virtute florebat plurimū. Alexander nō solum reliquā vrbem subegit!

verūquoꝙ ipſū romanū īperiū cogitabat attīgere;

¶ lxvii. Tam et q̃.

Et ſic etiam tam et q̃ ſibi correſpondēt. vt tam ca= ra michi patria eſt! q̃ tibi iocūda vita! ſed facile tri te hoc intelliges;

¶ lxviii. Egoipſe pro egomet;

Pro eo autem q ceteri exprimere cōſueuere pro= nominibus addentes vel te vel met ſyllabicas ad= iectiones. Cicero potius idem efficit hoc pronomine ipſe/ipſa/ipſum/ quod illarum fere adiectionū locū optinet. Vt egoipſe magis q̃ egomet! ileipſe / nosipſi! vt nūq̃ ſecus dicēdū ſit;

¶ lxix. De mecum et me cum;

Alia eſt adiectio pulchra. Vt mecum ipſe cogitaſſem. et hoc vt mecum ſit vna dictio. Item me cum ipſe vīcerē. quom due ſunt dictiones;

¶ lxx. Vt familiaritatē cōuerſationē et ſimilia ornate exprimemus;

Sed ſi tibi dicēdū erit tu michi familiaris es! ornatius dicit² ego te vtor familiariter. Tu mihi amicus es. ego te amico vtor. Tu michi es magiſter! ornatius ego te vtor magiſtro. Ego tecū frequēter verſor. frequēſ mihi tecū ē cōſuetudo. quē ſepe cōuerſationē ſignificat Tecū magnā amicitiā habeo. magna michi tecū eſt amicitia. Et ita alia per multa.

Vt ſit michi cū oībz malis viris īimicitie. nā rectius dixerimus īimicitie plurali numero ꝙ ſigl'ari.

¶ lxxi. Nichil cū cōparatiuis.

Sed neutra vox nichil ac potiſſimū in comparatiuis nominibus tū femīnā reddit orationē. tū maſculinā. Vt nichil eſt hoc homīe melius ꝙ fere idē ē vt nullus homo eſt hoc homine melior. Nihil hac virgine eſt formoſius ꝙ quaſi nulla virgo hac virgine ē formoſior. Et ī ceteris aliquādo conſimiliter;

¶ lxxii. Munus pro officio ꝙ et cōſimiliter partes;

Munus pro officio ornatiſſime dicitur. Vt hoc ē amici munus idēſt amici officiū. Fungor boni viri munere ꝙ ferme idē eſt facio boni viri officiū. Sed et partes plurali numero conſimilem habet ſignificationem. vt mee partes ſūt idēſt officiū meū ē vel pertinet ad me;

¶ lxxiii. Caueo cum ablatiuo ſignificat prouideo. cū acculatiuo vito ac fugio.

Caueo verbū etſi ſepe ſignificat prouideo. vt cautū eſt lege perornate acculatiuo iūctū pro vito ac fugio vſurpant eloquentes viri. vt turpis viri ꝙ ingenui cauent mores;

¶ lxxiiii. Memini cū acculatiuo;

Atqui et memini rectius ac vſitatius iūgitur accuſatiuo ꝙ genitiuo vt memini platonis ſapientiam.

Virgi. in buc. Et numeros memī ſi mẽte verba te
nerem . nec mirū ſi in iis que ſunt potius ſolute
orationis. Vir. marōis afferam teſtimonium quẽ
non ſolum poetam egregie eruditum! ſed et rhẽto
rice artis vbiq; obſeruatiſſimū fuiſſe conſtat.

lxxv. Penitet ideſt parum videtur.

Penitet me quicquid ſignificet notiſſimū eſt ! ſed
et parū videtur vſurpāt auctores et preſtātes doc=
trina viri.

lxxvi. Vaco cum datiuo/attendo cū ablatiuo/
vacuum eſſe.

Sed idem perſepe verbum variis cōſtructionibus
poſitum/haud eādem retinet ſignificationis vim.
Vaco huic rei! eſt attendo huic rei. vaco hac re! eſt
hac re ſum vacuus! et ornatiſſimū eſt. vt boni viri
dant operā vt perturbationibus vacent ideſt liberi
et vacui ſint;

lxxvii. De aīaduerto et aīaduerſio.

Aniaduerto ideſt fore video/et quodāmodo intel=
ligo. Et aīaduerto cōſtructū cū acculatiuo in pre=
poſita/idem ſibi vult q̄ punio. Vt pſeuſippus aī=
aduertit in ſeruum platonis ideſt punit platonis
ſeruum. Ex quo aīaduerſio punitionē quādam nō
nūq̄ ſignificat;

lxxviii. De refero cū datiuo et acculatiō

mediante ad.
Atq; iterū refero tibi hāc rem ideſt narro tibi hāc rem. ſed refero ad ſenatum: refero ad populū hāc rem ideſt pono hanc rem conſultationem populi vel ſenatus. Qui vſus verbi eius apud hyſtoriarū ſcriptores frequētiſſime eſt;

¶ lxxix. Dare litteras tibi / vel ad te.

Quid varii quoq; caſus / eidem verbo ſepe coniuncti / nōne magnam ac longe diuerſam vim habēt? Quale eſt do bibaculo ad ceſarem litteras. Nam dantur bibaculo deferenti / vt ceſari reddat ad quē mittuntur littere. Eas igitur leget Ceſar. Bibaculus quidem velut tabellarius defert. Nā qui fert lrās / conſueuit tabellarius appellari. Verum ne quid huius nunc ignores dare lrās ſignificat ſcribere ſeu mittere litteras;

¶ lxxx. Vnas / binas / trinas / lrās / pro vna duabus / tribus ve epiſtolis dicimus;

Nec te fugiat q̄ pro epiſtola dicimus litteras plurali numero. Nec obſtat poetarum cōſuetudo. Et pro vna epiſtola dicimus vnas litteras. Nā id nomē vnus. a. ū. cū iis que pluralit' ſolū iflectuntur pluralē quoq; retiet naturā. Vt vne nuptie vne bige / vna menia. Et (vt ad propoſitū redeā) pro dua bꝫ epiſtolis dicimus itē binas litteras / nō aūt duas

pro tribus epistolis ternas ! non autem tres. pro quatuor quaternas . Et que deinceps sunt reliqua cõsimili ratione proferentur;

¶ lxxxi. infinitiua oratio pro coniunctiua peruenulste ponitur.

Infinitiua oratio pro cõiunctiua perq̃ pulchra est. Vt volo te ad me scribere. cupio te athenas proficisci . Et id terẽtianũ quid facere te in hac re velim significat enĩ quid velim quod tu in hac re facias. velim ciues omẽs vnanimes esse idest q̃ vnanimes sint et cõcordes. Sed hoc tibi sit cõcinnius vt nullum sit ambigui sermonis discrimen. neq; enĩ omnino rectum sit! si quis dicat volo te me amare . q̃uis plerũq; id suppositionis locum habeat! quod infinitiuum verbũ immediatius precesserit. vt puto pyrrhũ romanos vincere posse idest credo q̃ romani possũt vincere pyrrhum. sed id pro viribus caueat orator. Et quod modo preceptum erat de cõiũctiua atq; infinitiua oratione precipue in absolutis verbis ! vel vbi alteri casui fuerit adiecta propositio seruandum sit. vt volo te amari a me;

¶ lxxxii. Ex vel E pro a vel ab.

Ex vel e propositiones pro a vel ab / et sepe et pernate ponũtur. vt audiui ex maioribz nrĩs pro a maioribz nrĩs. accepi ex patre tuo vel e patre tuo.

Quero ex te et a te/quod est te consulo/et te inter rogo. Quod aduerte/et vlui trade.

¶ lxxxiii. De pro/loco in et secundum.

Pro ornate ponitur loco in et secundū. Vt pro ro stris. idest in rostris. pro tribunali idest in tribuna li. et alia. pro viribus tuis id est secundum tuas vires. pro tui ingenii bonitate. pro virili tua. et si= milia;

¶ lxxxiiii. Sub in compositione aut clam/aut diminute significat;

Sub cōpolita aut clam aut diminute significat vt subrnouit me permeno idest clam et occulte. subi= rascor tibi quod est paululum irascor.

¶ lxxxv. Moremgerere complacere/ obsequi significat.

Moremgerere perornatum verbum complacere significat/atq; obsequi vnde moriger a. um. quod a morosо quod difficilem significat/ et a morato quod institutū significat plurimū differt;

¶ lxxxvi. Consequor pro exprimo;

Consequor pro exprimo pulcherrimum est. Non possū ego verbis cōsequi idest exprimere. litteris cōsequi idest per lrās explicare;

¶ lxxxvii. Metuo timeo multis casi= bus coniunguntur;

Metuo et timeo verba aliquando multis casibus adiunguntur. Metuit Cicero a. p. clodio sibi extremū periculum. Timeo michi abste mortem. Non nunq̄ absolute ponūtur solo datiuo iūcta . vt metui pāphilo. pāphili vite timeo . sed hic est potius poeticus vsus;

¶ lxxxviii. Euado pro fio/et efficior.

Euado pro fio et efficior ornatum vlitatumq̄ est. Vt Cicero euasit eloquētissimus. Aristoteles euasit sūmus philosophus . cesar vero euasit inclitus imperator. Et de aliis quoq̄ similiter;

¶ lxxxix. Fore futurum esse.

Fore futurā semper habet significationem . et est idem q̄ futurum eē. M. C. de oratore tertio libro loquens de hortensio. Quē quidem confido omnibus istis laudibus! quas tua oratione complexus es excellētiorē fore . Et crassus fore dicis inquit! ego vero esse iam iudico;

¶ xc Quid īter dimidiū z dimidiatū itersest

Quid inter dimidium et inter dimidiatum interest nosce perutile ē. Cum enim dimidiatū sit quasi in partes duas diuisum! nisi aliquid diuisum sit/ dimidiatum non potest dici. dimidiū vero appellatur nō q̄ ipsū diuisū sit! sed q̄ ex dimidiato pars altera est. Nō igitur recte dixerit quis pro sētentia!

M.varronis(vt ait.M.gelius ī noc.ac)dimidiū li-
brum legi.dimidiam fabulam audiui. ſed dimidia
tū librū. dimidiatā fabulā recte quis dixerit. quia
dimidiatum(ex cauſa)digitum appellamus. ſed al
terutram partē dimidiū. Quod eſt accurate diligē-
terq; aſpiciendum.

¶ xci. Interſum et preſum quid differūt;
Plurimū autē cōducit vobis ītelligere que ſūt no-
minū differētie/ac verborum diſcrimina Ea quo-
q; res mirū īmodū orationē exornabat. Vt ſi quis
nouerit quid differūt preſum/et interſum interſe
verba/pulcherrime dicet. M.C. publicis negociis
non interfuit ſolum/ſed prefuit. quorū illud ſigni
ficat comitem eſſe alicuius rei. hoc vero ducē;

¶ xcii. Confiteor profiteor gratulor gaudio.
Ego non ſolum cōfiteor/quod eſt per vim/ſed eti
am profiteor quod quidē eſt ſpōte. Et apud Mar.
Tulliū perſepe tibi gratulor. michi gaudeo. gau
demus nobis. gratulamur aliis q; adepti ſunt ali
qua bona;

¶ xciii. Ago refero habeo debeo;
Et tibi ago gratiā quod quidem eſt verbis. Refero
gratias quod eſt re et factis. Habeo gratiam quod
eſt ī animo. Debeo gratiā/vbi aliqua obligationis
vis cernitur. Et itē alias opiniones his ſimiles;

¶ xciiii. Hec res mihi cōducit. dono te hac re.
Optimū est non ignorare nominū differentias vt et vberior et ornatior nrā reddatur oratio. hec res michi conducit. est idem q̄ michi res hec vtilis est Et quod ceteri plerūq̄ dicunt/ dono tibi hāc rem! pulchrius dicitur ac lplēdidius dono te hac re. Vt miles nauali corona donatus est. Sabinos romani ciuitate donauerūt! quod est ciues fecerunt. quod itē dicūt labinos romani ī ciuitate acceperunt;

¶ xcv. Prepositio que solet adiungi nomini pulchrius verbo adiungitur.
Interdū vero prepositio/ que *nomini ac casui pre=* ponitur! pulchrius venustiusq̄ verbū precesserit in quibusdā verbis. Quale est si quis dicat eo ad te! vt dicat potius adeo te. et loquor ad te/ potius alloquor te. Cedit de vita! decedit vita. cedit ex humanis rebus! excedit rebus humanis. Et in aliis quibusdā cōsimiliter.

¶ xcvi. Minus aduerbium.
Minus aduerbium quāq̄ sepe significat nonnūq̄ tamē cū positiuo iunctū cōtrarie significationis cō paratiuū demōstrat. Vt Terētianū illud phedria! nemo fuit minus ineptus! pro prudentior. et ne= mo est te minus formolus idest deformior. et sic de aliis cōsimilibus;

¶ xcvii. Quid inter decem annos/ et decem annis intereſt

Quotiens multos aut dies aut annos dicimus per accuſatiuū/ītelligimus iuge tēporis curriculū eſſe fere cōtinuū. Sed per ablatiuū ſignificatur annorū/ſiue dierū īteriectio/intermiſſioq̄. Quare(vt ait marcellus)optātes rectius acculatīo vti debent ſiquidem ad ſecūdā fortunā attineat. Intereſt igitur ita ſi quis dixerit/decē ānos ī re militari verſatus ſū/ā ita/decē annis dedi operā rebus bellicis;

¶ xcviii. Cordi eſt,

Cordi homo etiā flexibiliter cordi hominū(vt priſcianus īquit)ſigīficat iocūdus di.do. ſicut et frugi. Sed latius(mea ſētētia)Marcellus opinatus ē. Dicit enī cordi eſt ideſt animo ſedet. Nam hec res michi cordi eſt/ideſt placet. Teren. in ādria An tibi he nuptie ſūt cordi? M. Cicero de perfecto oratore flumē aliis verborū volubilitas cordi eſt. Et Lucilius probe declarat cū īquit. Et quod tibi magnopere cordi eſt/michi vehemēter diſplicet;

¶ xcix. De Tātiſper.

Tantiſper quod quaſi eſt tamdiu ornate poſt ſe depoſcit dum. quod ferme eſt donec. Vt illud Terentianum in heautō. Tantiſper meum dici te volo/dum quod te dignum ē facias.

Ego tantiſper magna voluptate afficior! dū apud
te viuo; ¶ C. quid īter Delecto et oblecto ītereſt.
Tu michi carus es. ego te amo. tu mihi iocundus
es. ego te delecto. ſed delecto et oblecto non ſimili=
ter ſtruuntur. Nam dicimus delectat me hec res.
ſed oblecto me ac re. delectabat Socratē vite inte=
gritas. Pithacus ſeſe virtute / et doctrina oblecta=
bat. ego me oblecto ruri;

¶ Ci. Fero hanc rē facile / mo=
deſte / moderate / equo animo

Fero hāc rē paciēter ſeu patienti animo / ſplēdidius
dicitur! ego hāc rē facile patior! et modeſte fero / z
moderate / et equo aīmo. Ecōtra ſignificātia aduer
bia grauiter / acerbe / egre / moleſte / et īiquo aimo.
hec michi iocūda res ē. hec res placet michi. et que
moleſta eſt / diſplicet;

¶ C. ii. de Affero. et dolet michi.

Affero cōmuniſſimū verbū ē! et quo multis locis
vti poſſumus. Secūda fortuna affert michi volup
tatē ideſt me delectat. Aduerſa fortuna affert mi=
chi dolorē ideſt dolet michi. Nā dicimus z hec res
mihi dolet ideſt doleo hāc rē. ſed redeo vnde digreſ
ſus ſū. litt'ere tue afferūt michi admiracionē ideſt
efficiūt vt admirer. affers teſtiōniū ideſt teſtifica=
ris z ita diſperſa ē z vaga huius verbi ſignificatio;

¶ Ciii de perinde cū atq; vel ac poſtpoſita.
Perinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe ac ∠ vel atq; et totū ſimul perindeac vel atq; habet eādem vim quam vt tanquam. vt Camillus perindeatq; oīm ſapiētiſſimus. et cherea perindeac foret eunuchus et de hac re ſatis hec dicta ſint hactenus;

¶ Ciiii. de Coeo.
Coeo non ſolum abſolutum eſt! ſed nonnūq; peruenuſte caſū habet acculatiuū. Coeo ſocietatē tecū Et hinc eſt illud. M. gelii in noc. ac. de pitagora/ deq; eius conſorte. quod quiſq; familie pecunieq; habebāt / in medium dabant! et coibatur ſocietas inſeparabilis. Sed eodem cicero pacto aliquando eſt eo verbo vſus;

¶ Cv. De Mille hoīm in ſingulari numero
Nille hominum ſingulari numero ſignificat mille homines. mille militū interiit hoc eſt mille milites interierunt. mille militū vulneratum eſt id eſt mille vulnerati ſunt milites. idq; ornatū / vſitatumq; eſt;

¶ Cvi. de Primis.
Primus ſignificat etiā ordinem quod nomē ſequitur ſecūdus et tercius. et deinceps alia eiuſdem ordinis nomina. tamē multociens ſignificat prīcipalē. vt hic eſt noſtre ciuitatis vnus omniū primus

per se significat optimũ. sed id postremũ in raro ẽ vsu oratorum.

¶ Cvii. De interdico.

Interdico tibi hac re/et non hanc rem. vt interdico tibi aqua et igni. plinius secundus in epistolis. carẽt rege iure! quibus aqua et igni ĩterdictũ est;

¶ Cviii. Que noĩa ornate sincopantur.

Nunc vero ad reliqua neq; enĩ iuitus omiserim q̃ que nomina ad numerũ spectãt in eorũ pluralibz genitiuis sincopã efficiunt. idq; cum vsitatum est/ tum ad exornãdam pertinet orõnem. vt mille nũmum potius q̃ mille nũmorũ. mille denariũ mille aureum. et tot milia argentũ . et ita de reliquis et in genitiuis omnium nominũ secunde declinationis frequenter efficiunt;

¶ Cix. Citra cẽtenariũ et post vigenarium minor numerus maiorem eleganter precedit/mediante coniunctione;

Sed prosam scribentes/et solutã orõnẽ in nominibus solũ numerũ et mẽsurã significantibus / atq; in numerorũ nominibus eam plerunq; seruamus cõsuetudinem et citra cẽtenarium numerũ . si quãdo post vigenariũ duo numeri cõmemorandi sũt! vt eorũ minor precedat et maior sequatur ! vt hic ẽ vnũ et viginti annos natus. duos et trigĩta ãnos

viximus. tres et quadraginta ānos nauigaui. qua tuor et quīquaginta annorū conſumſi etatem. ſed vltra centenariū/et citra vigenarium tritū ac vul garem ſeruamus morem et ſermonem. ¶ Quod autē ſicut duo de viginti nonnūq̄ dicimus/ et duo de triginta/ita et duodeuigeſimo/et duodetrigeſi= mo. manifeſtū eſt, ſed nō quidem eſt in frequenti oratorum vſu;

¶ Cx. Indies et indiem.

Quid indies? nōne pulcherrimus ſermo ē? ac ſig nificat per ſingulos dies/et quotidie? ſed cū quo= dam incremento. vt tua indies accreſcit virtus. in= dies homines ſapiunt. ſtultorum hominum indies accreſcit infamia. ſed cum dicitur indiem eſt termi nus deputatus;

¶ Cxi. Vt in verbis actionē aut paſſionē ſignificātibz varietati ſtudendum.

In verbis tam actionem q̄ paſſionē ſignificātibus conſiderare debemus varias vocum inflectiones/ atq; exitus. et modo hiis mō illis vti pro auriū iu dicio. vt fuere pro fuerūt. amarunt pro amauerūt videre pro viderūt. norim pro nouerim. triūpha= rant pro triūphauerant. et de aliis quoq; eodēmō. Sed ne quid fiat cōtra grāmatice artis preceptioēs hac via prouidendum elt;

¶ Cxii. de Quin.

Quin particula quomō increpet/ vel exortetur! quomō item confirmet et quomodo interroget! id satis exploratum est. sed nos ea pulcherrime vti= mur! cum dicimus! non possū quin gestiā. nō pos sum quin doleam. nō possum quin admirer. signi ficat enim fere me non posse continere! q̄ non do leam, et ita de ceteris consimiliter.

¶ Cxiii. de Locus est vel Multum aut nichil loci est huic rei.

Quid illud? nōne preclarum est vsu. locus est huic rei. multum loci est gaudio. plurimū loci est trā= quillitati. et terencianus dauus. nichil loci ē segni cie! significant enī hec omnia! vel oportere nos le tari/ vel transquillos esse! vel voluptatibus affici! vel nō negligētes ac segnes eē. et sic in ī aliis hu= iusmodi. ¶ Cxiiii. de Magnopere et similibus.

Nonnūq̄ vero duo nomina (siue prepositione ad= dita/ siue non) vnius aduerbii vim retinēt. vt mag nopere pro valde. maximopere pro plurimū. ma iorem īmodū pro maxime. mirū inmodū pro mi rabiliter. et item mirādū inmodum.

¶ Cxv. de In primis et similibus.

Sed ablatiui casus/ siue cum cōmercio prepositio nis siue sine eo vim habent aduerbii, vt in primis

ſignificat enī precipue ac preſertim. et id(vt greci dicūt)aduerbiū ipſum(ſi ita appellādū eſt) peror= nate nominibuſ iūgitur. vt in primis ſapiens. īpri mis eruditus. Sed ne a propoſito diſgrediar)pau= cis interdū pro paucū/multis pro multum. Verū hec alio loco oportunius illo.

¶ Cxvi. de Gerit cū noīe magiſtratus ſiue īperii Ille etiam modus optimus eſt. vt ſi quis dicturus ſit quempiā hominē aliquem habere magiſtratum vel honorē/ſeu īperiū vt ex noīe honoris eiuſmōi et gero geris verbo pulcherrimā cōſtituat orōnē. hoc pacto/hic eſt rome cōſul. rome cōſulem gerit. ita cōſimiliter imperatorem gerit. principem ge= rit. pretorem gerit et alia cōſimiliter. ad hoſce enī viros rerum cura et adminiſtratio pertinet.

¶ Cxvii. de interlegendum/et ſimilibus.

Vſitata et perpulchra eſt ſermoīs oratio/vt gerū= diorū acculatiuis prepoſita īterſignificet tempus imperfectū indicatiui vel ſubiunctiui modi vel al terius et dū particulam. vt interābulandū hoſtes offendi/hoc eſt dum ambularem. interlegendum videbas/ideſt dū legeres. Et ſic pro varietate per= ſonarum ita exponendum eſt vti modo explicaui= mus. Sic ſeruius in buc. vir. Interagendum id eſt dum agis. honeſta loçutio ſi dicamus intercenādū

hoc ſum locutus id eſt dum cenarē hoc locutus ſū.

¶ Cxviii. De in pro erga vel cōtra.

In pro erga et cōtra pulcherrima ē acculatīo prepoſita. Vt meus inte animus. mea inte beniuolentia. vbiq; enim ſignificat erga . Iuuenalis inuehit in domicianum. Cicero habuit orationem in Catilinam. ibi enī contra ſignificat.

¶ Cxix. De apprime.

Apprime pro valde recte apponitur noībus. quēadmodum de imprimis ſuperius dictum eſt. vt Virgi. apprime nobilis res. apprime vtilis. Et ita de aliis ſimilibus.

¶ Cxx. Vt res apte cōiungitur adiectiuis poſſeſſiuis.

Res nomen latum / diffuſumq; eſt. ſed eo pulcherrime vtimur cum adiectiuis poſſeſſiuis nominibus / et preſertim huiuſmodi. vt cū dicitur res bellica. res domeſtica. reſpublica. res familiaris. res militaris. Et de ſimilibus pariter.

¶ Cxxi. De preſtolor.

Vt aliq̄ veluti ſignanda inſtituam preſtolor verbum plerumq; poete acculatiuo iungunt . Cicero connectit datiuo. Vt quem preſtolaris? preſtolor iohanni.

¶ Cxxii. Aſſentior. tio. Impartior. tio.

Multa ſunt verba quibus per eãdem ſignificantiã et paſſiua vtimur voce et actiua, et(vt omittam pene innumerabilia) cicero frequẽter in his duobus modo actiuã modo paſſiuã vocem vſurpat. aſſenti or et aſſentio: vbiq; eadem cõſtructionis forma. et impartior/et ĩpartio. in ceteris autem id fit multo rarius.

¶ Cxxiii.. Vſu venit.

Vſu venit ornatiſſime pro contingit ponitur;

¶ Cxxiiii. Vſurpatio et vſurpare.

Vſurpatio et vſurpare non ita intelligi debent/ſicut iuriſcõſulti vtuntur. ſed vſurpationem oratores frequẽtem vſum nominãt/ et vſurpare in frequenti vſu habere;

¶ Cxxv. Deficit cum accuſatiuo.

Hec res me deficit id eſt deeſt michi hec res. vt deficit me dies. vita q̃ primum mortales deficit. ſed deficio hac re magis poetarum eſt.

¶ Cxxvi Omnis pro omnes.

Nunc autẽ ne ea que perutilia ſunt/z ornatiſſima omittamus. intelligendũ eſt q̃ que nomina tertie declinationis tã nominatiuũ q̃ genitiuũ ſingulare habẽt ſimiles/ preſertim ſi genitiuus pluralis ium exiuerit eorũ frequẽter acculatiuus pluralis in is terminari ſolet raro in es. vt omnis pro oẽs

mortalis pro mortales, manis pro manes, similiter (vt ipē quoq; testatur pristianus) ī es et is terminantia reperiuntur, vt fortis et fortes / partis et partes / pontis et pontes, in reliquis rarius id fit que est poetarū venia;

¶ C. xxvii. De postridie.

Quedam aduerbia sunt que epistolis maxime congruūt, sicut propediem / q̄primū / cito / cōfestim / et postridie. quod multi ignari litterarū / et grāmatice artis expartes exponūt post tres dies. sed tu (ne eodem ducaris errore) crede postridie significare postero die / et eo pacto. M. C. accepit; et alii eruditissimi viri;

¶ Cxxxviii. Primū / deinde / preterea; ad / hoc / postremum.

Atsi quis multa referre velit; pro prima re ponat primū vel primo, vtrūq; enī in vsu est. pro secūda deinde / vel secundo loco. pro tertia / preterea. vel pro tertio loco. pro quarto (quod perraro accidit) ad hoc vl' preterea vel quarto loco. in calce; postremo / vel postremū / vel demum. sit igitur huiusce-modi exemplū. tria sūt que magnā michi afferūt voluptatē. primū enī q̄ optimū amicū nactus sū deīde autē q̄ singularē tuā erga me sepe testificaris beīuolētiā postremū vero / q̄ te īcolumē intellexi.

¶ Cxxix. de ordine harū coniunctionum enī/autem/vero.

Qua in re id quoq; aduertendū est/q; tres inuenimus cōiūctiones recto atq; vsitato ordine. que sunt enī/autē/et vero. sed tuipse hec oīa/ac multo plura facile cognoueris/si ciceronis scripta/ et in primis eius epistolas lectitabis;

¶ Cxxx. Memorie proditum est.

Memorie proditū signat scriptū est. multa enī talia ornatissime vsurpantur variis cū significātiis. vt memorie tradere. mādare scriptis. mādare litterarū monumētis. quorū ferme omniū eadē vis est sed mandare memorie aliud sibi videtur velle;

¶ Cxxxi. Fallit me hec res.

Fallo verbū tritū est apud Ciceronē. fallit me hec res dicimus. fallit te spes. quod ē frustratur et decipit

¶ Cxxxi. Missū facere.

Missū facere id ē dimittere venustū et ornatū est. nam missam hanc rem facio significat dimitto illam rem;

¶ Cxxxiiii. Ne quidem.

Adhuc et in eadem oratione due hee particule/ne et quidem/pulcherrime sūt/si quis fuerit illis recte vsus. nam cum ponuntur/ semper aut aliquid dictum est/ aut mente id concipitur . vt ne audiui

quidem. significat enim(exempli causa) non solū non vidi sed neq; etiam audiui . Item aliud exem= plum philosophie studia democritus nō modo nō intermittit: sed ne remittit quidem. remittere nāq; phīam est remissius philosopharī;

¶ Cxxxiiii. de ordine pluriū sine cōiunctiōe. Sed ea quoq; adhibēda diligētia est q; si quādo plu ra ponimus preserti sine copulatiōe(qui articulus est) et si idē videātur significare quod vehemētius sonat magis collocetur ī calce. vt tua virtus laudā da probāda ē. nā probāda est magis q; fit aī iudicio Magistratus diligere/amare/colere debemus. pro batissimos viros omnes homines verentur./ ob= seruāt/admirātur. que turpia/obscena/tetra/feda sūt/ea fugere et aspernari debemus. virtutis offi= ciū sūma laus est. nā habet officiū accessionē actio nis. ¶ Sed ī hiis quoq; ordo quidē spectandus est q; si tria quorū duo partē aliquā significent/ terci= um sit communius/id profecto plerumq; debet in fine collocari/nisi se habuerit quodam generis mo do. tunc enim ecōtra fit quod nunc liquido ac per= spicuo patefacere exemplis. ac prioris quidē exem plū est. ōnis in adipiscenda virtute cura/opera/di= ligentia/ponenda ē. est enī cura consilium animi/ opera corporis/ diligentia vtrumq; complectitur.

Item in republica plurimum īdustrie/laboris/ tē poris ponendū est. Amicos consilio/viribus opera adiuuare debemus. Alterius nota exempla sūt Non sunt per se res cōmode expetende diuicie/honores/voluptates . comodum enī generis locum detinet. cuius species sunt multe. puta quas modo numerauimus. Atq; item animalia queq;/ hoīnes leones/equi/bonū vidētur appetere . sed vtrumq; res sese habeat/si multa sint/ quod pluris est/ debet poni in fine. iam ad alia procedamus;

¶ Cxxxv. de Quisquis/vtvt/vbiubi.

Multociens geminatio in quibusdam tam verbis infinitis q̄ aduerbiis tanti valet quāti id nomē sel' et cunq;. vt quisquis pro quicunq; . quotquot pro quotcūq;. quātusquātus pro quantuscūq;. qualisqualis pro qualiscūq;. vtut pro vtcūq;. vbiubi pro vbicunq;. et id aduerte diligenter;

¶ Cxxxvi. Accedit.

Accedit pro additur/q̄ vsitatum est tam pulcherrimum videri debet. vnde et accessio additionem signat. vt ad meas miserias michi accedit dolor id est additur;

¶ Cxxxviii. Confido.

Cōfido non sicut quidā arbitrātur(nescio quo pacto)struit², sz iūgitur alias datīo alias ablatīo casui

et in hiis potiſſimū verſatur que ad animum ſpec=
tant. vt confido tua virtute! tua humanitate! tuo
conſilio. et idem de aliis huiuſmodi;

¶ Cxxxviii. Credo pro cōmitto.

Credo quoq; pro cōmitto ornatiſſimum eſt. vt cre
do tibi conſilia mea. credo tibi grandem pecuniam
et ſic de aliis;

¶ Cxxxix. Grandis maior vel minor natu.

Grande adiectiuū nomen proli vel etati conuenit/
vel pecunie. pecunie exēpla ſupra poſuimus. ſed
hic grādior neſtore videtur id ē vidētur q; neſtorē
vincat etate et ātecedat. hic eſt grādis natu! grādiſ=
ſimus natu. ſignificat lōgeuū hoīnē / atq; admo=
dū ſenē. Et quia de natu facta mēcio ē! maior natu
ornatiſſīe ſignificat ſeniorē! ſicut mīor natu id eſt
iuniorē;

¶ Cxl. de Parentheſi.

Inſuper haud illepida ſit interpoſita nonnunq̄ in
oratione/atq; interiecta parentheſis. vt dediſti ad
me(que mea eſt ſumma voluptas)ſuauiſſimas lit=
teras. omnes amicos(niſi fallor)plurimum admi
ror. ſcire velim ex te(ea nāq; eſt amicorum cōſue=
tudo)quid nuper in cauſa. M. Antonii egeris. et
ita demum(re poſtulante) noſtrarum huiuſmodi
orationē interpoſitionibus aſpergamus;

¶ Cxli. de Increbuit.

Hec res apud me ĩcrebuit/et fere ſignificat ad au
res perueĩt.et rei noticiã ſignat!

¶ Cxlii.Vt nos neſcire quid dicemus.

Neſcio hãc rẽ.ignoro! preterit me . fugit me. la=
tet me.huius rei neſcius ſum.ignarus ſũ.hec res
ſciẽtiam meam fugit;

¶ Cxliii.Reliquũ eſt!pro reſtat.

Hoc reliquũ ẽ id eſt reſtat/perpulchre / et magno
cũ ornatu idem ſignificat/exemplũ eſt.omnia tibi
et natura et fortuna tribuit,reliquũ eſt!vt bene et
laudabiliter viuas;

¶ Cxliiii.Vulgo id ẽ vbiq;

Rumor ẽ vulgo/ideſt vbiq! et cõmuniter dicitur
et ornatus ſermo eſt;

¶ Cxlv.Accipere pro audire et cognoſcere

Accipere pro audire et cognoſcere peruenuſte di=
citur.vt accepi rumoribus!quorũ ẽ ĩcertus auctor
accepi hoĩm fama! que certo auctore cõtiẽtur.acce
pi nũciis id ẽ nũciatiõibus.quos nũtios z qui mit
ti affert.accepi litteris quas plerũq; ab aĩcis accipi
mus.et ĩ aliis cõſimilibus locis;

¶ Cxlvi.Hiſce hoſce haſce.

Pronoĩbz articularibz demõſtratis cõſueuerũt ora
tores addere ce adiectionẽ ĩ iis caſibz qui ĩ ſ.deſiuũt
euphonie cã.vt hiſce hoſce haſce pro his hos has;

¶ Cxlvii. de translatione huius prepositionis cum.

Sepe prepositio que preponi solet / postponitur etiam si significantia eadem manet. et in quibusdam quidem semper. que sunt mecum tecū secum nobiscum vobiscum. in quibusdam quoq; non sēper. vt qui cum / quo cum / quibus cū / te propter ac etiam propter te idem significant. et sic quibus cum et cum quibus. et in iis potissimum ea prepositionum translatio fit que mō enumeramus.

¶ Cxlviii. Clam prepositio potius q̄ aduerbium.

Clam plerumq; prepositio est / et nonnunq̄ aduerbium. sed oratores prepositionem potius accipiunt / siue iūgatur ablatiuo vt priscianus sētit / siue acculatiuo / quod opinatur donatus. vt clam me profectus est id est me nesciente;

¶ Cxlix. Corā et prepositio et aduerbium.

Coram cum accētu in prima sillaba prepositio est et quid significet nemo est qui nesciat. cum accētu vero in vltima sillaba aduerbium pulcherrimum est significās (vt ita dicam) presentialiter. quo frequentissime viri docti vtuntur. vt apud M. Ciceronem. cupio tecum coram iocari id est presentialiter. etiam coram tecum loquor.

¶ Cl. De aduerbiis in. I. et. V. desinẽtibꝫ.

Multa aduerbia in. I. existẽtia etiam ī ipsis epistolis pulcherrima sunt. sed hec imprimis ruri vesperi / domi / belli. Multa item in o sero / serio / consulto / postremo / falso / merito. precario. Cetera vero in eodem exitu desinentia haud in frequenti sunt vsu oratorū. In v vero non multa sunt diu! cuius significatio manifesta est. Interdiu! quod est quasi infra medii diei tempus. Et noctu pro nocte. quod magis nomẽ ẽ. Vnde diu noctuꝫ dicimus;

¶ Cli. Nullus pro non.

Nullus. a. um. nōnūq̃ pro non. presertim sum / es est verbo adiuncto. vt nullus sum. idest interii. res pu. nulla est ! quasi non est idest extincta est. Idꝫ ornatissimū fuerit.

¶ Clii. Presto sum. id ẽ assum vel appareo.

Presto sum / significat assum. et fere appareo. et sic idem aduerbiuꝫ eiusdem verbi modis omnibus ac temporibus peruenuste connectitur ! in eadem qua modo posuimus significātia. vt presto michi fuit seruus tuus vrbẽ ingredienti / id est affuit.

¶ Cliii. Licet michi bono viro esse! vel bonum virum.

Licet michi bonū virum esse et licet michi bono viro esse vtrumꝫ latine atꝫ vsitate dicitur. Sed id

posterius magis oratoriũ est.

¶ Cliiii. Perpetuũ et iperpetuũ aduerbia.

Perpetuũ et imperpetuum aduerbia pro eodẽ ponũtur: et eis frequẽter vtimur.

¶ Clv. Deuincio pro obligo.

Deuincio verbum cum pulcherrimum ẽ. tum precipue eplis congruit. significat et deuincio obligo / et devinctus obligatus: sicut et sepe obnoxius. quod non solum trito more significat quod notũ est. sed etiam deuinctum.

¶ Clvi. Collocare apud aliquẽ beneficiũ.

Collocare apud aliquẽ beneficium est alicui beneficium facere. vt apud gratos viros beneficium collocasti.

¶ Clvii. Gratificor.

Gratificor tibi hanc rem preclare vlurpatur: pro gratum facio.

¶ Clviii. De indulgeo et ignosco.

Indulgeo sane verbum est aptissimum et splendidi ornatus. quod et datiuo iungitur: et ferme significat do operam. atq; ita reponitur. vt hic nimio somno indulget. id est nimis dormit nimio cibo indulget / id est nimis comedit. de aliis consimili pacto. ¶ Indulgere quasi concedere est verbum luxuriosam quandam designans clemẽtiã

et indulgentem parētem appellamus? leniore erga liberos ingenio. quare z ab ignosco plurimum differt. est enim ignosco parco. idest do veniā. siue excusatum habeo. ignosco tibi? siquid (exēpli causa) admiseris sceleris. indulgeo vero? vt multa agere impune queas. quorum verborum discrimē diligentissime considerādum est;

¶ Clix Tantus quantus.

¶ Tantus. ta. tum. et quantus eodē modo se habent in oratione vt raro alterum absq; altero ponatur. vt concio hec tanta est? quāta antehac vnq; fuit. tribuis michi tantū quantum nec agnosco / nec postulo. tantum in te est doctrine quantum ī doctissimo solet esse viro;

¶ Clx Talis qualis.

Talis et qualis alterutrū creberrime ponitur. raro vtrūq;. vt talē solemus sentire bonū virū? et sub intelligimus qualē diximus. z ecōtra. orator ē illustris qualis alter nullus reperitur. verū hec de his satis; ¶ Clxi. Vel pro eciam.

Vel pro etiam particula ī multis locis rectissime congruit. vt hānibal fuit imperator vel omnium primus. tua eximia virtus vt te amem vel maxīe impellit.

¶ Clxii. Verſor.

Verſor verbū in frequētiſſio ē vſu veterū ac diſer
torū hoīm. perdiffnlaq; ē eius verbi ſignificātia ac
deniq; variis poteſt rationibz expoī. vt ego verſor ī
lrārū ſtudio id ē do operā lrārū ſtudio. virtus circa
difficile verſatur id ē virtus ī difficili cōſiſtit. ver=
ſamur in tenebris id eſt fere ſumus ac viuimus et
quaſi ſtamus in tenebris. et (quod eſt exemplis ſu
perioribus declaratum) duos ſibi plerumq; ac fre=
qnētius caſus poſtulat. nam aut acculatiuo iungi=
tur / prepoſita circa! aut ablatiuo in precedēte . nā
cū acculatiuo! vt ante fundū verſari. ad portā ver=
ſabatur perraro dicta ſunt. ſed quēadmodū ceteris
rebus oibus! ita huic ſūma adhibenda ē diligētia;

¶ Clxiii. Enīuero Sinautē.

Nonnūq; due particule ornatiſſime cōiunguntur.
quarum eadem ſit vtriuſq; ſignificatio. vt enīuero
nam pro explenda ſententia altera dumtaxat ſuffi
cere poterat . et ſimiliter ſinautem cauſa conplen=
de ſentencie. eo in loco autē particula nullam om=
nino vim habet. ſin enī per ſe ſignificat ſed ſi;

¶ Clxiiii. Quoad.

Quoad / pro quouſq; / et pro quādo / nō minus or=
nate ponitur! q; latine. vt volo in vrbe eſſe / quoad
tu redeas . ita in pleriſq; locis conſimiliter accipi
poteſt.

¶ Clxv. Suſcipere.

Suſcipere nō ſolum (quod tritus vulgatuſq; vſus habet) ſignificat quod eſt ſuper ſe accipere et quodāmodo adducere aliquid: ſed etiam perornate poſitum in epiſtolis commendatum habere. vt ſuſcipit ciceronem ceſar in ſuis rebus aduerſis. que vtiq; poſtrema ſignificatio / haud, quaq; (ſi quis inſpiciat accuratius) a priore illa aliena eſt;

¶ Clxvi. Poſitiuo adiūcta negatio cōtrarii poſitiui plerūq; vim tenet.

Optima quoq; ratio eſt vt poſitīo cuipiam adiuncta negatio cōtrarii poītiui vim ac ſignificationem teneat. ſed non ita plene / tamen et accurate illam expleat. cuius rei exempla ſubiciamus. hic vir eſt haut improbus. ſignificat enim fere hūc hominē probum potius q̄ improbum eſſe habendum. et phūs haud ignobilis. hiſtrio non illepidus. miles nō inſtrēnuus. ciuis haud malus. Nam in iis / eorumq; ſimilibus rectius atq; vſitatius dicitur quā do vis laudis cuiuſdam eſt. ſed quaſi diminute / et quaſi defraudate laudis;

¶ Clxvii. Peto hanc rem a te.

Quod grāmatici dicunt peto te hāc rem / ornatius nec minus latine dici queat. peto hanc rem a te et id plurimum cicero in epiſtolis cōſueuit.

¶ Clxviii. Conficior pro pereo.

Conficior passiua voce crebro vsitatū ē pro eo fe= re quod ē pereo. vt confectus sū idest cōsumtus vt vir iops ac miser! fame/frigore/dolore cōficitur. sic ānis etate et studio conficitur. ac merore/labo= re/senio cōfectus. et de aliis sic permultis;

¶ Clxix Ablatiui tū participiorū tū aliorū peruenustam reddūt orationē

Ablatiui casus nō participiorū solū/verūeciā om niū aliorū in orōne percōcine ponūtur. presertim si qua fuerit significatio tēporis. et de participiis quidē manifestū est. vt regnante octauiano cesare; parta est vniuerso orbi pax. quasi qua tempestate regnabat octauianus cesar. et aliud dionisio sira= cusis tyrānum gerente! grauissima in sicilia bella sūt gesta. idest in quo tēpore syracusanorū dionisi= us tyrānus erat. ¶ Sed eodē quoq; mō alia que dam se habēt nomina. maxime si dignitatū et ho= norū extiterīt. vt cornelio et galba edilibus curili= bz acte sūt in theatro fabule. Quidā addūt partici pium existentibus. sed nos prohibemus! quod ad venustatē oratiōis nō pertiet addi oportere. et idē scipione consule peni deuicti sunt. scipione impe= ratore euersa est numancia. Et reliqua eiusmodi pariter.

¶ Clxx. de geītiuis cū possessiuis pronoībus

Licet etiā tā grāmatice ꝙ oratorie genitiuos quo rumcūꝙ casualiū cū possessiuis quocūꝙ casu prola tis cōiūgere. quod et pristianus tradit. vt mea cā venit/et ceterorū amicorum. meū agrum et mar ci antonii populati sunt. tuo amico ac fratris gra= tificare. tuum imperatorem sectare et coriolanum o noster ac fratris amice. sua ille confidit et ciuiū prudentia. Ꝙtꝙ ita figuratur constructio in omni bus possessiuis. hinc terentianum illud meo presi dio atꝙ hospitis!

¶ Clxxi. de nominatiuo possessiuo cū genitiuo possessoris.

Idꝙ penitus inspiciendū sit! quādoꝙ etiam discre= tionis seu abūdancie cuiusdam causa solet addi cū genitiuo possessoris et nominatiuus possessiuus vt suus est. C. cesaris mos id est eius et nō alterius suus ticii filius heres testamento constitutus est. suus (vt ipse quoꝙ pristianus exponit) ad discretio nē eius pertinet qui secūdum leges suus non est. id est sub potestate patris legittimi non est. suus autem pro vnius cuiusꝙ proprie accipitur. quod ipsum apud viros eloquentissimos frequēs est;

¶ Clxxii. Quid distāt die quarto et die quarta.

Die quarta(vt nonius marcellus eciam teſtis eſt) et die quarto non idem ſignificant , ſed maſculino genere preteritū tempus deſignatur feminino futurum . quod vetuſtiſſimi tamen aliter protulerūt vt ſic die quarto pro eo ē quod aliter nudiuſq̄rtus dicitur ¦ nudiuſtertius ¦ et itidē de aliis ¦

¶ Clxxiii. Quid interē inter tua cā et tui cā feci. Tua cauſa feci / et tui cauſa feci ¦ ne preter veterū et doctorem cōſuetudinem aliquid efficiamus inter ſeſe haud mediocriter diſcernūtur . nam tui cā dicimus ¦ ſi quid ei ad quem ſermonem vertimus preſtiterimus . vt tui cauſa ad antonii caſtra profectus quod eſt tuendi tui gratia . ſed tua cauſa ¦ cum tua(vt ita dixerim) contemplatione aliquid alteri preſtiterimus vt tua cā . fratris tui cauſā egi ¦

¶ Clxxiiii . de differentia inter genitiuos primitiui et poſſeſſiui .

Et quia aliquid de iis que ad poſſeſſionem ſpectant locuti ſumus ¦ haud ab re fuerit differentiā illam proferre in medium ¦ que inter genitiuos priuitiui eſt et poſſeſſiui . vt mei tui ſui noſtri et veſtri . quā tādem pulcherrime priſcianus exponit . vox nāq̄ eſt eadem . at vis ipſa longe diuerſa . cū genitiuus primitiui ſimplicem ſignificat poſſeſſionem . poſſeſſiui vero duplicem . vt mei amiçus id ē meus

amicus. ſed mei filii amicus duplicem poſſeſſionē continet alteram meam in filio/alteram filii ī amico. quo eo ſubiecimus/ne cum ornatum requirimus/verborū vim ignoremus ipſam/atq; in errorem quēpiam ignorāter incidamus. ſed nunc inſtitutum proſequamur;

¶ Clxxv. In mentem venit.

Hec res michi in mētem venit dicitur. et cum genitiuo huius rei michi in mētem venit. nec michi cure eſt an pro nominatiuo genitiuus poſitus eſt. vt: ūq; vero non ſolum poete ſed etiam. M. cicero vſurpauit;

¶ Clxxvi. de tēporū cōmutatione.

Oratores (ſicut et poete) perſepe preſentibus tēporibus vtuntur pro preteritis. nonnūq; et pro futuris. verū id quidē multorarius. ſed cōtra haud crebro fit. niſi forte inq; verbum/ quod futuri tēporis eſt/ preteriti loco vel preſentis accipiamus. Sed multa que ſuper hiis dici poſſūt/ in aliud quoq; tempus ſeruamus;

¶ Clxxvii. Similis genitiuo et plenus datiuo.

Similis et plenus nomina (quorum prius datiuo iūgitur/ poſtrerius etiā ablatiuo) oratores vt pluri mū/ ac fere ſemper genitiuo iūgunt. vt ſimilis es

uorũ maiorũ. dignitatis et officii es plenus. non nũq̃ vero (ſed perraro) proferuntur cũ ſuperioribus caſibus;

¶ Clxxviii. Vt ſubiũctiuis imperatiua verba iunguntur.

Sepenumero etiã maioris ſignificantie cauſa vel ornatiſſime imperatiuis ſubiũctiua verba iũgũtur quod Cicero ſepe efficere ſolebat. quale ẽ illud cura vt vir ſis. et alio loco ſcribens ad filium effice et labora vt excellas;

¶ Clxxix. Curritur! cenatur! prãdetur. Decurritur ſpaciũ! cenatur rhombus! prandetur turtur! cõſimiliaq̃ pulcherrime dicuntur;

¶ Clxxx. Vt trãſitiua verba abſolute proferuntur.

Mtq̃ vt abſoluta iterdũ verba obliquis caſibus iungũtur! ita trãſitiua quoq̃ licet nõnunquã non ſolũ pro grãmaticorũ more! ſed etiã pro oratorũ cõſuetudie abſolute proferũtur. preſertĩ vero! ſi qua ſuí paſſio cũ actione ipſa ſignificatur. qualia illa ſũt. lugeo! rideo! metuo. que cum trãſitiua ſunt! nunc abſolute proferũtur;

¶ Clxxxi. De terminatis in bundus.

Que ĩ bũdus exeũt noĩa! nõ tã ſimilitudinẽ ſignificãt (quod pleriq̃ arbitrãtur) q̃ abũdãtiã quãdam

potius ac vehemẽtius. vt gliabũdus nõ tã gloriãti similis/q̃ abunde sese vehementerq; efferẽs. Quã opinionẽ eloquẽtiũ atq; q̃ruditissimorũ hominũ vbiq; testimoniis cõprobatã/tu quoq; firmiter amplectere. nã (vt alios omittã) Mulus gelius auctor probatissimus ex snĩa quoq; doctissimi appollinaris letabũdus dicitur/qui lõgo atq; abũdãti errore est. et tu quoq; eisdem vtere nominibus;

¶ Clxxxii. De Fretus.

Fretus. ta. tũ. ĩcerte originis ablatio iũctũ pulcherrimũ est/et significat fere consilũ atq; munitũ. vt vrã hũanitate fretus. vrã sapiẽtia/non mea virtute fretus;

¶ Clxxxiii. Certiorẽ facere.

Certiorẽ facere vsitate atq; frequenter in epistolis vsurpatur. nã facio te de hac re certiorem/id ẽ tibi significo hãc rẽ. et sepissime velim me de tua valitudine facias certiorem;

¶ Clxxxiiii. de Habeo.

Habeo varia cõstructione figuratũ plurimũ ornatus hẽt. vt bene hec res se hẽt/quod ẽ fere vt ita dicã/stat bene hec res. et ita bene hẽo me. et cũ participiis bene me habẽs redeo rure. et cõtrariũ aduerbiũ similiter ei verbo iũgitur. quod est male;

¶ Clxxxv. de participiis futuri tẽporis.

Participia sepenumero futuri temporis ornatissi

me vſurpantur. vt ſcripturus ſum aõ ſcipionẽ lít=
teras. quod eſt fere debeo ſcribere. et aliud! tu aõ
edes cras iturus es! quaſi ire debes. cicero ẽ athẽas
profecturus iõ ẽ debet athenas proficiſci. plautus
in ciprum traiecturus eſt! fere eſt nauigare debet
in ciprũ. quod idcirco ita expoſuimus quoniam is
proprie nauigare / is tranſmittere! is ſoluere eũ
locum ſignificat vnde proficiſcimur is demũ tra=
iicere dicitur! q eũdem deſignat qui rate vehitur.
vt cicero ſoluit athenis! et in aſiam traiecit. ¶ Ve=
rũ ad propoſitũ redeũdum eſt. illa igitur partici=
pia que a verbis manant paſſiuis et paſſiue quoq
exponi debent. vt cuius inſons animus ẽ! mulctan
dus non eſt iõ ẽ mulctari et puniri non debet. ſon
tes accuſandi ſunt iõ ẽ accuſari debent. vir flagicio
ſus eſt trudẽdus in carcerem iõ ẽ coiiciendus in vi
cula. Et alia reliqua exponãtur! vt ſupra diximus.

¶ Nec tamẽ negauerim quĩ eorundem participi
orũ alia quoq ratio ſit. ſed ea nos modo proſequi
mur ipreſẽtiarũ! que venuſtius eloquiũ reddant!

¶ Clxxxvi. de Repeto.

Quiõ repeto? nõne perpulchre ponitur. ſi quiõ ei
acceſſerit, neq datiuus ſolus caſus / ſed etiam abla=
tinus. vt repeto hanc rem memoria! quod non te
neo memoria ſignificat. vt permulti extimãt. ſed

pocius meōria voluto/et remīſcor/et quaſi obliui
oni traditū rurſū īueſtigo meōria. hoc nos vti ver
bo ornatiſſīe poterimus/quoniā eodē z veteres elo
quētiſſimi frequēter vſi ſūt. hīc illud de oratore ci-
ceronis libro. cogitanti michi/ac memoria repetē
ti. et africanus a neuio accuſatus / tribuno plebis
q ab anthiocho pecuniā accepiſſet / cōmodiſſime
eo verbo vſus. memoria (inquit) quirites repeto
hunc diē hodiernū eſſe/quo hānibalē penū īimici
ſimū huic imperio vici in africa/ et perpetuā pacē
vobis/ac victoriam peperi inſeparabilē. verū cap-
tus ingenti voluptate longius in africā verbis re-
ferēdis progreſſus ſum. quāobrem ad veſtrū inſti-
tutum referat ſe oratio;

¶ Clxxxvii. Pro mori; diē obire /mortē oppe
tereet ſimilia/ pro viuere autē vitā agere/de
gere etatem / et ſimilia ornate dicimus;

Optimū factū fuerit / ne eiſdē aut modis oratio-
nis/aut verbis vtamur. et(quod inicio dicimus)
varia plurimū probat oratio. et ſi veluti quibuſdā
floſculis aſpergitur. vt pro mori/diē obire/mor-
tem oppetere/animā expirare / vita decedere/ ani
mā efflare/ vita defūgi/ rebus humanis excedere
ex vita migrare/res deſerere hūanas / exire de vi-
ta/mortez obire/extremum claudere diē; interire

occidere cōsimiliaq. et iterū pro viuere vitam age re degere etatem;

¶ Clxxxvi ii. Vt ludo ludū! sic et viuo vitā dicimus et consimilia.

Et(ne sigillatim cūcta cōplectar)illud hoc loco animaduertendum sit! q sicut sepe dicimus ludo ludū pugno pugnā! seruio seruitutem! doleo/dolorē! et similia! ita et interdū viuo vitam/viuo miseram seu fetiē vitam. vt si quis dixerit qui expeditā fuerint virtutē consecuti! ii viuent beatam/ et īmortalem vitam. et qui preclarū certamen certauerit! amplissimis donabitur muneribus. Et quod de variis dicimus orationis modis! id ipsū de singulis partibus intelligēdū sit. vt pro oro rogo! precor obsecro! pro quasi pene ferme. reliqua tuipē cōiecta;

¶ Clxxxix. Id genus.

Id genus pro eius generis (quod fere simile nomen exprimit)pulchre et vsitate dicitur vt multa sunt id genus monstra. de multis id genus rebus locutus est! quod ē similibus. et ita in alis;

¶ Cxc. Ex sententia.

Ex sententia quasi secundum voluntatem et prospere. vt gesta res est ex sententia. quod est prout optabamus. et tibi id venit ex sententia. et multis in locis consimiliter;

¶ Cxci. Inferre.

Inferre iiuriā quasi iniuriā facere . manus īferre alicui est aliquē pulsare. impetū ī quēpiā facere est quēpiā cū īpetu et quasi vi adoriri/et irruere/

¶ Cxcii. Dare veniam.

Dare veniam pulcherrimū est ignoscere et licētiā concedere/

Ab inicio etatis habui te amicū. amicicia michi te cum est a teneris annis/a paruulo/a primis etatis temporibus/ a teneris(vt greci dicūt) vnguiculis ab incunabilis ipsis. et huiusmodi. ¶ Iuuenilis etas pulcherrime adolescenciam significat/

¶ Cxciii. Ferire fedus.

Ferire fedus optime atq optimis causis ex feriali um cōsuetudine significat fedus cōponere vt per= sepe ictum seu percussū fedus/est constitutum/ et compositum/

¶ Cxciiii. Est michi nomē scipioni.

Est michi nomē scipioni. scipioni cognomē africa= no fuit. cui pago troiano nomē ē et sic de reliquis datio casu perulitate ac pulcherrime dicitur . que eadē z aliis quoq mois dicūtur. sz frequētius mōs superiores apud eloquētissimos et doctissimos vi= ros inueniesz

¶ Cxcv. Aiunt/ fertur dicitur.

Cum tritum verbū volumus ostendere ⁊ et quod in ore populo ē ⁊ vtimur vel īpersonali fertur / vel personali verbo aiunt ⁊ et nōnunq̄ dicitur. et eis singulis / vt preponimus ⁊ et raro ita ⁊ sed interdū. q̄ exempla huiusmodi sūt. nam sirenes (vt aiūt) surda debemus aure transire. et item nā ita fertur vt nusq̄ tuta sit fides. item haud turpe ē (vt dicitur) tum ultuandi de gradu deiici;

¶ Cxcvi. Mediam super noctem.

Nōnūq̄ ita dicimus noctē super mediam vigilauimus quod ē vltra mediā noctē vigilauimus. idq̄ z seruius ipse testatur ⁊ et quorūdam veterum probat auctoritas;

¶ Cxcvii. Tendo.

Contra sermonē tuū tēdo id ē respondeo tibi ⁊ sicut et tendo cōtra iter ⁊ id ē tibi occurro sed hec haud ī frequenti vsu oratorum inuenies;

¶ Cxcviii. Macte.

Macte / magis aucte ⁊ et est glorie et laudis sermo ⁊ et plerūq̄ ablatīo iūgitur. vt macte virtute esto. id q̄ et poete vsurpāt / et scriptores hystoriarū ⁊ et demū oratores ipsi. qui sermo (vt multi eruditissimi tradunt) a sacris deductus est;

¶ Cxcix. Ad explicandū locum siue genus gentile ac patrium effingimus.

Quotiēs alicuius explicaturi sumus / siue genus /

ſiue locū/gētile'ac patriū nomē effingimus. quod qui ſecus effecerit/fortaſſe latine locutus ſit: ſed il lepide penitus/atq; īdecore. vt qui fuerit a ſiracuſis oriūdus/nō de ciracuſis dicēdū/ſz ſiraculanus nō de atheīs/ſz atheniēſis. et ſic de aliis. atq; ī generibz/ac familiis nos nō de cū abltio vtimur(vt muiti) ſed īde nomē efficimus. vt nō de ſtauris ſz ſtaurus. nō itē de grecis ſed grecus non de catulis ſed catulus. non de datis ſed datus. Quā quidē ad rē id merito aſſerēdū ſit/ quod plinius ipſe aiebat/ q; deriuationes nō habēt firmas regulas. ſed exeunt/terminātur q; vti ipſis autoribus placet. ſic a thauro thaurū/thaureū et thaurinū dicimus. et quos nos romanos dicimus/ dicūt greci romeos. quos nos carthaginēſes/illi carthidoneos vocant. Sed in enſis/vs/atq; as/ſi ad loca pertinent frequētiores terminationes ſunt. vt albanenſis/ vero nenſis cluſiuus/tarētinus/lacedemonius/ciracuſanus/arpinas. Alii quoq; ſunt eorūdē nominū exitus. ſed ii frequētiori vſu celebrātur. quod idē et in quibuſdā aliis fit. que neq; a generis noībz fluxere neq; loci vllius. vt terēcianus cremes/platoīcus giges/ſocraticus gorgias. que oīa a propriis profecta ſunt/atq; originē traxere. ſed que alia hac de re dici poſſūt/tuipē cogitatione cōplectere;

¶CC. Conor.

Conor hanc rem optime ac peruenuste dicimus. prefertim si difficilior sit/et ardua. quo pacto cicero sepe vtebatur. vt de perfecto oratore/ magnum opus et arduum brute conamur;

¶CCi. Studeo.

Et studeo si quid studiosius effecturi sumus eciam accusatiuo pulcherrime iungitur;

¶CCii. Desidero.

Desidero verbū pulcherrime positū ē. nā cū desideriū sit absētiū rerū persepe dicimus desidero amorē tuū quasi tu nō me amas. desidero tuā prudētiam/quasi sis īsipiēs. et item de aliis;

¶CCiii. complector.

Cōplector perdiffusū ē/atq; ornatū verbū. preserti vero aliquibus adiectis/hac rōe. vt te amore/atq; beīuolēcia cōplector/pro te amo. cogitatione cōplector/quod ē cogito. z id ē aī/sicut facultate cōsequor/est rei ipsius;

¶CCiiii De gerūdiuis.

Illud ignorandū non est/q gerūdiuus modus ab omni verbo simili procreatur/si quando nobis foret eo opus. vt cantando rumpitur anguis id est dum cantatur/vt ait seruius. et alio in loco actiue dictum est. cantando tu illum id est dum canis.

id efficere atq; vſurpare oratores queunt;

¶ CCv. de quarto pretor: et quartū pretor
Putāt nōnulli nichil īterelſe: ſi quis dixerit quar=
to pretor / et quartum pretor : et ſic de aliis. ſed
magna ē certe drā: vt. M. varro teſtis ē. nā quarto
pretor locū ſignificat / et tres anteactos. quartum
vero deſignat tpūs. Caue igitur diligenter ne per=
perā hiſce vtaris rōnibz. ne quid cōtra veterū / at=
q; eloquētiū morē / cōſuetudinēq; faciamus. quare
terciū cōſul / ac tertio cōlul nō idē ſignificāt:

¶ CCvi. Ruri eſſe.
Sed ne plura iā ſequar (nā infinita pene eiu ſmodi
precipi poſſūt) id tene memoria q; nō rure eſſe / ſed
ruri eē dicimus. quod cū feſtus pōpeius affirmat
tum terēcius cōprobat. ait eī ruri ſe cōtinebat;
Quāobrem ſi qua reliqua ſūt: paucis expediamus
Nam cū pro cōficiēdis epiſtolis hec potiſſimū at=
tigerimus: ſi ſalutationis formulā / ac regulā idu
um nonarūq; obſeruationē patefeceri: iure huic
paruo inſtituto finē ac modum ſtatuerim;

¶ CCvii. Vale Salue.
Vale igitur ac ſalue verba pro marci varronis / et
omnium doctiſſimorum virorum ſententia idem
ſignificare videntur. Quibus nos alias in ſalutā=
do alias in execrando vtimur. ex quo terenciānū

illud ē. valeant qui inter nos diſcidiū volūt! ac cupiunt mortuis quoq; et qui mortaliū vita deceſſerunt! quibus nullam huiuſce lucis optare ſalutē poſſumus! nōnunq; vale dicimus. ¶ Et veteres quōdam eiſdē idem verbū pro mori dicebāt! quaſi nichil amplius viuentibus ſibi cū mortuis futurū eſſet! et imperpetuū iam ab eorū aſpectu diſcederent. Nam neq; valēt illi neq; ſalui eſſe poſſunt ob eādem rem addūt nōnulli bene feliciterq; aduerbia aut ſi qua alia ſunt eiuſmodi ſignificātie. Verūtamen in epiſtolis iplis vale in fine dicere cōſueuimus abq; vlla aduerbii acceſſione! perinde ac amicis vite ſalutē ac felicitatē exoptemuſ. Quid igitur vale ſibi querat! quo ve illo pacto vtēdū ſit noſce;

¶ CCviii. dico tibi ſalutē iubeo te ſaluere. Pro ſalute autē plerūq; nos dicimus ſalutem dico et ſi quē ſalutare cupimus! datiuo caſu aptiſſime appoſuerimus. vt vale et ceſari dic ſalutem. Alia quoq; erit ſalutandi ratio. vt iube ſcipionem ſaluere quod eſt ſcipionem ſaluta. Nam ille modus vī quādam deſiderii cōtinet. et pro antiquorū more et conſuetudine infinitiuus modus in alium tranſmutatur. vt iubeo te ſaluere id eſt ſalue. iubeo te gaudere pro gaude;

¶ CCix. Meo noīe vel meis verbis.

¶ pro mea ex parte.

Quod vero alii ex mea parte dicunt! multo quidē ornatius dicitur vel meo noīe vel meis verbis;

¶ CCx. De calēdis / nonis / et idibus.

Quotā autē cuiuſcūq; mēſis diem velimus intelligere! calēdis / nonis / idibus ve notamus. neq; quid illi ſibi velīt! nūc explicare cōſiliū eſt. ſed quo pacto dicamus ſigulorum mēſium dies! et quomodo ab eis nominationē ſuſcipiāt. q̄obrem intelligēdū eſt ī primis / primū cuiuſq; mēſis diem / calendarū appellatione vocari. ſecundū quas nonarum dies cōſtituitur. et in aliis quidē mēſibus ſeptima luce Marcio / Maio Iulio / Octobri. in aliis autem quīta / Ianuario / Februario / Aprili Iunio / Auguſto / Septembri / nouēbri / Decembri. Atq; omnes ii dies qui calendas et nonas interceſſerint! nonarum cognominatione cēſentur. vbi et numerum meminerimus / ac nonas ipſas. et ille ablatiuo conſtruuntur! hēe acculatiuo. Sed internumerandū et prepoſtero vtemur ordine! et nonarum diem cō numerabimus! at nonis exactis / proximos octo dies. id quoq; in quolibet menſe iduum ſimiliter cognominatione ſignificabimus! ſed pari rōne tū ordīs / tū ānumerationis. reliquos vero eius mēſis (quotquot ſuperfuerit) dies calēdarū appellatione

notabimus. que futuri/ac proximi sūt mēsis! neq; ordinis/neq; numeratioīs rōe īmutata. At id om ne exēplo illustrādū ē. sitq; martius nobis exēplo. cuius curriculū vno ac trigesimo die cōficitur. pri ma itaq; dies kalende erūt marcii. secunda sexto no nas marcii. tercia quīto nonas. quarta quarto no= nas. quīta tercio nonas. sexta nō dicitur secundo nonas! sed pridie nonas. et ita de idibus atq; kalen dis. septima dies none erunt marcii. octaua octa= uo idus marcii. nona septīo idus marcii decima sex to idus marcii. vndecima quīto idus. duodecima quarto idus. tridecima tertio idus. quartadecima pridie idus quītadecima idus erunt marcii. sedecia decimo septimo kalendas aprilis. quoniam is mē sis proximum sequitur. decimaseptima decimosex to kalendas aprilis. decima octaua decimoquinto kalendas! decima nona decimo quarto kalēdas. vi cesima decimotertio kalēdas. vicesimaprīa duode= cimo calendas. vicesimasecunda vndecimo calēdas vicesimatertia decimo calendas. vicesima quarta nono calendas vicesima quinta / octauo calendas. vicesima sexta septimo calendas. Vicesima septi= ma sexto calendas. Vicesima octaua quinto ca= lendas. Vicesima nona quarto calendas. Trice sima tertio calēdas. Tricesima prima et nouissima

pridie kalēdas aprilis. In ceteris omībus eadē ser=
uāda est ratio dierū. Dierū autem numerus haud
te lateat, qui in prōpmtu est omnibus;

¶ CCxi. Pridie kalendas ſ pridie.
nonas ſ pridie idus.

Pridie autē kalendas / pridie nonas / pridie idus et
et ſignificat quod vetuſtiſſimi dicebant diepriſtini
pro aduerbio quod ſignificat die priſtino. et ſic per
vetuſto more diecraſtini / et diequīti et diequinto
ſimiliter pro aduerbio. Verū nos priſcam nimis
et horridiorē vetuſtatē vbiq; fugere ac vitare debe
mus. Ac bene et preclare ceſar precipere ſolebat /
tāq; ſcopulū ſic fugiendū eē īauditū / atq; īſolēs ver
bum; ¶ Pro genitīs autē menſiū rectius poſ=
ſeſſiua nomina finxerimus. vt pro kalēdis marcii
ſic uenuſtius dixerimus kalēdas martiaſ z ita apri
les / maias / iunias / iulias / ac quitiles auguſtas ſeu
ſextiles / ſeptembrias. et ita ianuarias / februarias
q; autem in kalendis / nonis idibuſq; ablatiuo caſu
iūgimus ſ idem poſſimus in accuſatiuū tranſferre
et ad preponere ſed id ſignificat tempus fere diu=
turnū, vt ad decimū kalendas februarii dediſti ad
me litteras. ego vero ad octauū idus ianuarias ad
te ſcripſeram ſ habet enim vim temporis vehemen
tiorem hoc poſterius;

BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE

¶ Operis peroratio.

Ne igitur plura ſcribam: hec michi ſele impreſentiarum obtulerūt: que ānotatu digniora viſa ſunt: queq; tibi multo plus fortaſſe conducent / q̃p eorū preceptiones: qui ealdem et epiſtolis et orationibus tribuunt partes. quorum penitus eripiendus eſt error. atq; ita ſentiendū: vt ī litteris ipſis ad te concinne dilucideq; perſcribamus: ac noſtram ſententiā atq; mentē q̃pcōmodiſſime aperiamus. q̃p cū hec diligenter tenueris: ex infinito pene harum rerum numero / alia quedam nō minus fortaſſe vtilia: ſed multa grauiora ſubnectam. Quāobrem (vt facis) cupidiſſime ſtudia litterarū complectere atq; ea que in dies aſſequeris ad exercitationem accōmoda: ¶ Vale:

¶ Auguſtini dati ſenenſis oratoris primarii Iſagogicus libellus in elocutionis precepta finit:

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

40

Solfridus hoc Recta pñs ratione [illegible]

Magiſter mathurinus Auriſſe cenomanſ

iohannes le flamanſ

ſamulus ſcriptor epi

928